Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

~~Nat. Geneeskunde 64~~
~~18 A 56~~ fol.
KW 232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Qui nitet hîc Phœbo Juvenis formosior ipso,
Non minor herbarum est, non minor arte lyræ.
Hunc tenuit Sophiæ, Clariæ tenuere sorores;
Sed fuit Hippocratis maxima cura sui.
En nunc fumifici surgit cantata Tabaci
Gloria: virtutes quas habet herba, legis.
Quid gaudes, Philocapne? tuo non iſta palato
Serviet, affectis sed, Panacea, locis. P. S.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

*Magnificis, Clariſsimis, Prudentiſsi-
mis, Conſultiſsimiſque*

CONSVLIBVS,

ET

Ampliſſimo pariter Senatorio ordini cele-
berrimæ Reipubl. BREMENSIS,

Dominis & Fautoribus colendis, &c.

MAGNIFICI & AMPLISSIMI VIRI,

PRimus ille ſum-
muſque Archetypus
DEVS Opt. Max.
quum polydædalum
hoc ac venuſtum Macrocoſmi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

theatrum fabricaſſet, colophonem
Plato lib. 2. de mundo. Epictetus. Microcoſmum (*Hominem* videlicet,
univerſi iſtius *exemplar atque abbreviatam ef-
figiem) veluti ſui ſuorumque operum contempla-
torem; neq; contemplatorem modo, verum etiam
eorundem interpretem ac internuncium*, in me-
diam univerſi ſphæram induxit; id-
que primario, ut is, tanquam viſi-
bilis creatura, inviſibilis opificis æ-
ternam potentiam, & ingentia di-
vinitatis opera perſpiceret, ipſum-
que κτίστην & artificem iſtorum om-
nium agnoſceret ac celebraret;
quod Apoſtolus innuit, ubi ait:
Ad Rom. 1 verſ. 19. & 20. τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι
νοούμενα καθορᾶται· τὸ γὰρ γνωστὸν αὐτοῦ φανερόν ἐστιν ἐν
αὐτοῖς· ſecundario vero, ut humani-
tate ſibi propria omni manſuetu-
dinis,

dinis, juſtitiæ, æquanimitatis, clementiæ, benevolentiæque officio communem hominum ſocietatem demereri ſtuderet, atque eius commodis & conſervationi inſerviret: unde recte Tullius: *Homines hominum cauſſa ſunt generati, ut ipſi aliis inter ſe prodeſſe poſſent*; item: *Hoc natura præſcribit, ut homo homini quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam tantùm, quod is homo ſit, conſultum velit, immo debeat*: idem & ab hac mente alibi, *nullam meliorem in hominum genere eſſe naturam, quam eorum qui ſe natos ad homines juvandos, tutandos, conſervandos, arbitrantur*, pronunciat.

1. Offic.

3. Offic.

1. Tuſcu-lan.

Quibus autem præ reliquis ſervitus potiſsimum debeatur, præclare docuit divinus Plato ſcribens ad

Epiſt. 9.

ad Archytam: *Non nobis ſolis nati ſumus, ſed ortus noſtri partem Patria ſibi vendicat, partem Parentes, partem Amici,* quod à Cicerone etiam repetitum deinceps legimus. *Lib. 2. de finib.*

Hæc mecum cogitans V. V. Magnifici & Ampliſsimi, ad Mei quoque officii rationem pertinere exiſtimavi eo contendere, ut ſi non ad omnes, tamen ad quamplurimos ex ſtudiis & laboribus Noſtris rediret utilitas: idque ne injurii eſſemus in illam naturæ legem, quæ unumquemq; noſtrum conferre aliquid pro ſua menſura in commune voluit.

Poſteaquam igitur graviſsimis docto-

doctorum hominum judicijs publici boni viſum eſt, elucubrationum Noſtrarum laborem eſſe imprimendum, ut qui in uſum plurium ſcriptus videbatur; operæpretium Me facturum ſum arbitratus, ſi Mecœnatibus eum & Fautoribꝰ commendarem, quorum ſub tutelari numine ac nomine in publicum prodiret, ac quaſi Ajacis ſub clypeo ſecurus manumitteretur.

Vos igitur V. V. Magnifici & Ampliſſimi, in prima cogitationis meæ linea Mihi occurriſtis, quibus hunc fœtum meum irem conſecratum: idque non una, ſed multis de cauſſis. Prima eſt ratio Patriæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

charìſsimæ, inluſtriſsimæ; cuius ſub ſyderis coruſcatione ante annos ſex & viginti in hanc publicæ lucis avram ſum productus. hæc adeo Me involvit, ut ei merito magis quam Mihi ipſi videar deſtinatus; *Plato in Criton.* *à Parentibus* enim, juxta Philoſophū, *habem⁹ ut vivamus, at bene & diu à Patria; Quæ* *in ſomn. Scipion.* *eſt*, ut cum Oratore loquar, *velut alter quidam Deus, & primus maximusque parens; cui tanti etiam tribuit antiquitas, ut omnibus qui eam conſervaſſent, adjuviſſent, auxiſſent, certum in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo fruerentur ſempiterno, conſtituerit*. atque hæc prima cauſſa.

Altera eſt obſervantia mea in V.V. Patriæ Patres debita, quam

hoc

hoc quaſi teſte firmo, ut debeo: & quis quæſo non debeat Vobis, qui Rempubl. Veſtram amat? Vos eo eventu Civitatis Veſtræ gubernacula rexiſtis, ac etiamnunc regitis, ut facta ſit πανδοχεῖον πενταδηπῆς σοφίας, καὶ πάσης ἀρετῆς σεμνεῖον: habet enim Illa omnia, & habet præclara ſimul atque inluſtria; ita, ut hac tempeſtate nullum ſit emporium Anſeaticum, etiam maximum, (abſit Thraſonicæ adulationis ſuſpicio) quo cum ingenioſa artium vi, civium frequentia, diverſorum mercimoniorum copia, omniumque immo rerum ubertate & affluentia, meritiſsimo jure non queat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

certare. habet Senatum paterne ei providentem, prudenter conſulentem, ac celeberrima potentia exſplendeſcentem. hæc altera.

Tertia cauſa, quę peculiarem ſibi Demoſthenem quærit, eſt comitas illa & benignitas ſemper Veſtra erga omnes, eos maxime, qui ſapientiam & virtutem colunt. quæ certe Veſtra benevolentia, pietas, & amor erga Muſas & earum alumnos tum præcipue eluxit, quum ante annos duodecim, ni fallor, aut circiter, viros de Eccleſia & Republica ſcholaſtica optime meritos, aliosque inſigniter doctos μυσαγέτας

in

in civitatem Veſtram non ſolum vocaſtis, & hoſpitia honorificentiſsima præbuiſtis; ſed, (quod precioſiſſimum eſt civitatis Veſtræ κειμήλιον, dotibus reliquis longiſſimis paraſangaris præferendum) ornaſtis inſuper eam Lyceo ſtructura tam eleganti, ut multorum judicio nullum pluribus in locis reperiatur pari politie; atque adeo famoſiſſimum quoddam politioris literaturæ emporium clementer aperuiſtis; in quo cum omnis generis ſalubrioris doctrinæ & eruditionis ſupellex proſtet, ex omni natione juventus affatim illuc jam confluit, & iſtius commercij literarij ſeſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

reddit participem: unde fit, ut ex Illo tamquam ex equo Trojano cottidie prodeant adoleſcentes, viri, & Juvenes omnibus ſcientiis excultiſsimi, omnibus ferme nationibus utiliſsimi, ac celeberrimi. Præfeciſtis ei viros omni eruditionis genere & arcanarum ſcientiarum myſteriis celeberrimos, expolitiſsimos; inter quos honoris cauſſa nomino D. Matthiam Martinium virum in facultate Theiologica cumprimis maximum, & orthodoxæ religionis exemplar ſingulare: cui tanquam Herculi Theſeum adjungo venerandum illum D. Iohannem Capitonem, Eccleſiarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

rum diecœſeos Veſtræ inſpectorem vigilantiſsimum; myſtam profecto vitæ integritate, Theologicæque doctrinæ undecunque magnum, undecunq; ſummum. Quid de polyhiſtore illo D. D. Crocio dicam? viro Deus bone! non in Theologia ſolum, ſed & in omni doctrinarum genere ſe ipſo maiore! Quid de D. D. Iſſelburgijs, Lampadiis, & Cæſaribus, Eccleſiæ Scholæque Veſtræ luminibus ſingularibus? habetis D. D. Luningium Iuſticiæ ſacerdotem, Iuriſque utriuſque interpretem excellentem, & ejuſdem facultatis decora alia immarceſcibilia. habetis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

betis D. D. Raidos, Neufuillios, ſcientia medica nobiles; & poſtremum hunc doctiſsima naturalium ſimul ac ſupernaturalium rerum ſupellectile eminentiſsimum. quibus adiungo D. M. Iohannem Willium philoſophum doctiſsimum, & trivialis Veſtræ Scholæ gymnaſiarcham diligentiſsimum. taceo reliquos, quibus in enumerandis dies Me citius deficeret quam verba. Hæc ſane ornamenta celeberrimæ Veſtræ civitati autoritatem ſummam conciliarunt, & Rempub. Veſtram literariam magnis honoribus cumularunt. Quid laudabilius? quid Deo gratius?

tius ? quid hominum generi utilius Reſpublica bene conſtituta qualis Veſtra eſt V. V. Magnifici & Ampliſſimi (adulari neſcio, nec ſi vel maxime ſciam velim) facere poteſt, quam ſtudia alere talia, quæ ad pietatem, Chriſtianam religionem, & proximi ſalutem tantum habent momenti, ut ſine his jacere, immo & interire, Reipublicæ & bonornm omnium ratio videretur?

Hiſce igitur & pluribus de cauſſis, Magnifici & Ampliſſimi Patriæ Patres, etſi omnes boni Vobis obſtricti; Ego potiſsimum devinctus, Meæ in Vos obſervantiæ

famulitium oblaturus, non aliud arctiſſimæ adfectionis vadimonium exhibere, quam haſce primitias potui. alia grandior ætas majora maturioraque (ut ſpero) cultus mei teſtimonia proferet. Interea haſce juventutis Noſtræ ἀπαρχας in humanitatis Veſtræ templo religioſe conſecratas habetote, improbique livoris dentem, ne virulentus infigi valeat morſus, fortiter rejicitote. Non Me fallit, hunc Noſtrum fœtum Veſtro quidem genio, vix tamen ingenio, dignum, utpote cui majora debeantur: attamen cœnoſa turbidaque aqua, à gregario

gario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

gario etiam milite oblata, Cyrus
ille Perſarum rex profeſſus eſt, *Plutarc.*
ſe nil bibiſſe ſuavius; & Ludo- *in Apopth.*
vicus XI marcidum etiamnum *Aegid.*
raphanum ab agricola accepit, *Corrozetus de*
byſſoque precioſo obvolutum ὡς *dictis & factis*
τιμιόν τι adſervandum dedit; Augu- *memorab.*
ſtus ab eiusdem ſortis homine *Plut. in Apopht.*
calamos non renuit; & potentiſ-
ſimus olim Perſarum Monarcha *Ib.*
Artaxerxes pomum ſibi, à ne-
ſcio quo, exhibitum hilari fronte *Aelianus*
apprehendit. ſic legimus, mul- *lib. 1.*
tas gentes dijs ſuis lacte & mola
ſalſa litaſſe, quæ thura non habe-
bant.

Vos ſimiliter V. V. Ampliſſimi

& Prudentiſſimi opellam hanc Noſtram, puſillum quidem ac levidenſe donum, magni tamen affectuoſi in Vos & Rempublicam Veſtram ancillatus inſigne, ſuſcipite, ut Veſtro patrocinio ſubſarcinata ſecurius in publicos uſus manumittatur: tum quoque Autoritatis Veſtræ munimine comitata micantius ſeſe omnibus obſerat.

Plura quidem in Veſtrum & Civitatis Veſtræ encomium dici potuiſſent; ſed ſiſtit Me ac temperat ſupra propriam reverentiam moderatio, non immemor quam breves ſemper ſcriptiones

gratæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

gratæ decoræque habeantur apud tales qui ſæpe, ut dicebat Euripides, dedignantur laudes etiam meritas, præſertim breves & perituras. Deum æternum ſupplex oro, ut Vos V V. A. A. & Rempublicam, Urbemque Veſtram turbulentiſsimis hiſce temporibus clementer protegat, & ab omni imminente periculo hoſtilique impetu potenter defendat. Vale ac flore Patria dulciſsima! valete, vivite ac florete V V. Patriæ Patres Ampliſsimi, Prudentiſsimi: Veſtra enim ſalute Veſtrum & Meorum omnium ſalus continetur. Scribebam in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

EPISTOLA DEDICATORIA.

Academia quæ eſt Lugduni apud Batavos 7. Kal. Maij ſtyl. Gregor. anno DoMInI IeſV ChrIstI SerVatorIs VerI.

V. V. A. A.

Obſervantiſſimus

JOHANNES NEANDER

Philoſophus & Medicus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

AD LECTOREM

candidum æque ac naſutum: utrumque pro cujusque humore ac genio.

TAbacologia noſtra, & à ſeverioribus ſtudijs lucubratiuncula ſubciſivis temporibus pro ingenioli noſtri modulo (quod equidem adeò exile eſſe non immerito conquerimur) Nobis ſolis noſtriſque Muſis conſcripta & concinnata, poſtquam ab uno atq; altero amicitiâ Nobis copulatioribus perlecta eſt ac cenſita, hortari non deſierunt, ac rogatu, vel imperio veriùs (quod inter Amicos contemnendum non eſt) in forum producere impulerunt. Nos pro viribus ſedulò interea ſumus obluctati, non ignorantes quàm debeat eſſe accuratum, & quavis ex parte optime dedolatum quod luci datur publicæ, omniumque cognitioni ac cenſuræ ſubjicitur, nunc potiſſimùm hoc noſtro vergente ſæculo naſutulo non ſolùm ac male feriato, ſed etiam

Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω· κέλεται δέ με θυμός, *plurimum pœnitendo. clara ſiquidem temporis*

Mentiar, an verum dicam? jubet Me animus.

hujus

*hujus ingenia editas in quocunque diſciplinarum genere lucubrationes ſuas à dentatis & aculeatis vitiligatorum morſibus nequeunt defendere: ſummorum quinetiam ſcriptorum opera criticis momorum graphijs, etiam ſi extra omnem obeliſcorum & liturarum aleam poſita ſint, plerumque vapulant. Cauſſa eſt pertinax odium & plus quam Vatinianum quod in capita multorum innocentia * παρὰ τὸ δέον debacchatur, ut hoc nomine atri calculi notam ſubterfugere non poßint: tum quòd nullum reperire ſit opus tam elimatum quod ſuos Sanniones ac*

* præter officium.

* Μαστιγεῖς μερόπους δόλιον μάλα ἦτωρ ἔχοντες

*Maſtigas diviſa voce præditos doloſum valde cor habentes.

*non habeat, quibus niſi quod ipſi ſcribunt nihil arridet, nihil placet, omnia ſordent, omnia diſplicent; immo quibus Veneris etiam ſandalium calumniari non eſt piaculum. Alios videas Ariſtarchos qui ſtultâ * ὑποτυφίᾳ ſui pro talibus ſeſe venditant qui magnâ præ alijs eruditionis gaudeant prærogativa, quum plus tamen quàm Cimmeria caligine cæcutiant, hincque ſeſe æſtiment ipſos*

* faſtu & ſuperbia

* ______ περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων
γνόντες ὅσσα πρέπει γνῶναι·

* ſupra omnes eſſe alios ſcientes quæ noviſſe convenit.

Item

Hem ſuperciliosos, ſed pupos, & Chorœbo ſtultiores homines, qui judicium ſibi vendicant, quum tamen caput cerebro vacuum habeant, quique Apoſtolo teſte, ſemper addiſcentes, nunquam vero ad finem pervenire potentes, ingenioſi in alienis libris videri volunt, in quibus etiam unum quodque verbum ſtaterâ aureâ, ut ait Varro, ponderant; & ſi quod non ſatis emunctum & ad ipſorum genij cothurnum petulante ſua lingua impetunt & proſcindunt; unde & ille apud Comicum: Ad Tim. 2.c.3.v.7.

Multis in quæſtu eſt theſaurus ſtultis in lingua
ſitus, In Par.
Vt quæſtui habeant male loqui de melioribus:

idq; non aliam ob cauſſam, quam majores fieri per ſe ipſos quum non poſſint, ac eo uſq; perducere ſua, ut

ſignet ſuperſtes fama tenuis pauculis Boeth.27.
inane nomen literis,

in alienis tamen laboribus eousque ſibi placent, ut perſuaſum habeant, ſcire ſe exinde poſſe

Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur; Lib.4. Georgic.

ut de Protëo habet Virgilius.
Atque hæc præcipua cauſſa fuit quur dubij non ſemel hæſerimus, manumne huic opuſculo ulterius admoveremus. an verò ad alienæ impudentiæ ſibila erubeſcentem calamum contineremus: Zoilis enim objicere quod mordicus arreptum dilaniarent haud videbatur conſultum; offenſionis enim petram tollere jubemur. attamen memores dicti illius apud Ciceronem: impellimur natura ut prodeſſe veli-
2. de Finib. mus, cum primisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis; itaque non facile eſt invenire, qui, quod ſciat ipſe, non tradat alteri. *illius, inquam, memores vicit partim publicæ utilitatis ſtudium, partim exſuperavit extorſitque, vel invitis Nobis, frequens hortatus dicam? an ſollicita efflagitatio amicorum, quibus deeſſe hortantibus iniquum videbatur, & non obſequi rogantibus impium; partim denique movit illex quædam melioris ſpei pollicitatiuncula, quod hæc Noſtra qualiacunque calculum ferrent (citra τὴν φιλαυτίαν hoc dictum eſto) & amuſitatum judicium à medicis commendatione excellentioris doctrinæ conſpicuis, utpote qui non ſolum ſuſpicere ſoleant ac laudi-*

laudibus ferre quæ ſummo excellant, nulloque conſperſa nevulo omne punctum convertunt, ſed ſuis etiam ſuffragijs animos ad ſublimiora connitentes accendunt & adjutant:

Excitat *adſenſus* ſtudium, laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet. Ovid. lib. 4. de Pōt. eleg. 2.

*Non lubet ulterius, neque facturi operæ precium ſi longos logos effunditemus, alijſque alias (quibus Autor malè audire ſolet) culpas deprecemur, naſo enim ſupplices paßim ſuſpenduntur, votaque ſcribentium iniquißimis ſannis exſibilantur: & nil unquam tam perſpectum; nil tam excuſſum; nil tam eruderatum in lucem prodijt quod male-volorum *ἀχάλινα ϛόματα, & Theoninos dentes effugere potuit. vetus malum nec noſtrâ clavâ conficiendum. Verum enim vero quandoquidem*

alıter non fit Avite liber, Martial.

*neceſſum tibi erit inſanos moroſophorum grunnitus obturatis auribus contemnere inſtar caballi generoſi qui oblatrantes catulos * ἀπολακτίζειν non dignatur, perſuaſumque tibi habere ſufficientem te in quovis diſcrimine ſub veritatis clypeo conductum*

*Ora freno carentia.

*Calcibus ferire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

habiturum, nihilque omnino adverſi perpeſſurum.

Pingui Minerva. *Porrò ex palimpſeſto* * ὡς τύπῳ *hancce Tabacologiam condere cœpimus, diverſorum remediorum, Apozematum, Serapiorum, Eclegmatum, Epithematum, Oleorum, Vnguentoram, &c. formulas addendo; ut qui quicquid in evolvendis practicorum ſcriptis memoriâ dignum occurreret, notavimus, reliqua Nos*

Lucret. in extrem. lib. 5.

Uſus, & impigræ ſimul experientia mentis
Paulatim docuit;

atque ita ex diverſis unam quaſi racemationem fecimus; quæ etſi commendatione magna digna non ſit, ſatis ducimus, ſi de illa ſaltem dici poßit;

Martial.

Sunt mala, ſunt quædam mediocria, ſunt bona plura.

Varias quoque & jucundas in diverſorum gratiam quæſtiunculas & diſceptatiunculas hincillinc interjicere libuit, adverſorum argumentorum aciem exactiore veritatis indagatione oppoſitis rationibus obtundendo, ut ab eruditis & in ſchola medica, vel arte Aſclepiadæa verſatis majori cum oblectatione perlegantur; erudiendi vero, & iÿ cum-

primis

primis quos penitiores medicinæ labyrinthos peragrare perſcrutareque inſtimulat animus, fructum aliquem exinde capiant:

diverſos diverſa juvant; Horat.

& juxta Virgilium

Trahit ſua quemque voluptas. Ecleg. 2.

Cæterum complures (ſat ſcimus) Nobis vitio vertent, quod ex variis Autoribus veteribus ac recentioribus non pauca in uſum noſtrum tranſtulerimus, & quæ olim fuere tradita æmulati fuerimus. non inficiamur, nec tam iniqui ſumus ac injuſti, ut aliorum laboribus tanquam Noſtris frui, Nobiſque vendicare velimus. Proinde ſi qui ſint qui aliquid in hiſce Noſtris quod à ſe inventum putant deprehendunt, veniam dent precamur, uſumque eorum concedant. Et ſi aliquo modò hac in re à Nobis delictum, quid tum? veteris meminerint proverbij quod habet Comœdiographus;

Nullum eſt jam dictum quod non dictum ſit prius. In prologo Eunuch.

An non medicæ artis principes Actuarius, Myrepſus, Ruffus, Oribaſius, Aëtius, Celſus, & alij complures ad verbum eadem plerumque ſcribunt?

bunt? an illorum propterea ſcripta deletiles cenſorum ſpongias pertulerunt, vel ex theatro medico exploſi fuerunt? quid de Æginetâ dicendum, qui & hanc ob cauſam Galeni ſimius eſt appellatus? Afranius poëta latinus Comicus quum reſponſum offerret his qui eum inſimulabant quod à Menandro plura mutuatus fuiſſet; fateor, inquit, accepi non modo ab illo, ſed ut quiqu*e* habuit quod conveniret mihi, & à latino quoque quodcunqu*e* me non poſſe melius facer*e* credidi.

Erasmus in Apopthegm.

Nec eò Noſtrum vergebat ſtudium quò nugis, ut inquit Poeta, bullatis paginæ noſtræ turgeſcerent; imò potiùs contrarium intendimus: quamvis multi ingenio uſque confuſo ſint ac turbulento, ut paginarum numerum admirentur magis pluriſque faciant, quam ſi compreſſum aliquid exhibeatur, emunctum, & modis omnibus doctum. Ea quoque propter reperire eſt hoc noſtro ſæculo non paucos, qui nihil ducant pulchrius aut potius, quam ut affectata obſcuritat*e*, & permixtis dedita opera gryphis talia nonnunquam edant, quæ longa paginarum ſerie & ſeſquipedalium verborum, ac phalerata ſententiarum congerie ſuſpenſum

ſum magis lectorem teneant, opera precium feciſſe putantes, ſi talia compegerint quæ Natatore Delio & Conjectore Oedipo (ut de ſcriptis Heracliti dicebat Socrates) opus potius habeant, quam uſioni præſenti conducant; Platonem imitantes qui Rempublicam conſcripſit multis laudum præconiis à plurimis celebratam, quam nulla tamen gens pro commoda uſurpavit unquam. notum & uſitatum eſt illud Manilij:

Laërtius in Herack.

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Sen.lib.1. ſuaſor.

*Legimus de Senecione quodam Oratore Romano qui grandia ſemper cupiebat dicere; idem & ſervos nolebat habere niſi grandes, & argentea vaſa non niſi grandia: eo tandem hominis inſania pervenit, ut calceos quoque majores indueret, ficus non ederet niſi mariſcas: concubinam ingentis ſtaturæ habebat, grandia omnia probabat; eique eſt cognomentum impoſitum, & vocari cœpit Senecio Grandio. Quis inter mortales ingenij ſortisque tam felix qui ubiq; * τρὶς ἓξ ἔβαλε? quis id eſt adſequutus, ut operi*

* Ter ſexies jecit. Proverb. apud Aeſchyl. in Agamem.

operi ſuo ſummam manum credatur impoſuiſſe? oporteret profecto probe callere artem qui omnium palato ſatisfaceret. quicunque habiti ſunt mortalium ſapientiſſimi multa dicuntur ſciviſſe non omnia; nihil ſimul inventum & abſolutum. vere Clearchus apud Athenæum:

*Nil usquam eſt hominũ carpere quod nequeas.

*ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἐγένετο βροτοῖς,

& bene Mileſiarum ſcriptor: Omnibus bonis in rebus Conatus in laude, Effectus in caſu eſt.

Lib 4. Floridor.

Poſtremò animus præſagit, æmulos nec non ſciolos quoſdam Latinius idiotiſma in hiſce Noſtris deſideraturos; dictiones quaſdam non ad guſtum ipſorum carbone nigro (ut habet proverbium) notaturos: aſt illi diſcant, non omnem rem verbis cothurno ſolum ſed & ſocco (ut loquamur cum Flacco) aptis exprimendam: reſponſumque ferant hujus farinæ homines;

*Reprehendet aliquis citius quã imitabitur.

*μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Quæ (malum!) iſthæc captio eſt quum toto genere res bona ſit, in verbis quærere calumniæ anſam? Quotusquiſque eſt ex eruditorum numero qui tali verborum melligine ſua ſcribat qualem rigidi

quidam

quidam nomenclatores & grammaticuli depoſcunt?

Sed ſatis verborum eſt. Probos rogatos volumus, ut Ephecticorum philoſophorum more *ἐφεξιν *ament, adſenſum cohibeant; lente tandem ac cunctanter ſententiam proferant, ne æquitatis leges in cenſendo videantur transgreſſi: reliquis verò permittimus, quod aliquando Spartani Chijs, (ſi tamen prius muſcas abegerint) ut agant intemperantius. Nos acres interea ad omnem ſtrepitum aures arrigemus, & Apellis more poſt hanc tabulam latitantes quosvis calculos exſpectabimus.*

* inhibitionem.

Vide Plutarch. in Apotheg. Lacon.

Interim vive ac vale, anna ac perenna, Lector, & opellam hanc amplectere, candideq́ fave, ſi bonus, & fruere: ſin malus, & pravo præterea ingenio accedat livor,

Carpe quod lubitum eſt, modo non injurias
eſto;

poſtea μακρὰν χαῖρε. *Ex Academia Leyda in Batavis.*

*****

CASTORIS DVRANTIS
Medici civisque Romani, in Tabacum herbam ex Luſitania
Ab Jnluſtriſſimo
CARDINALE S. S. CRVCIS
Romam adportatum.

EPIGRAMMA.

Nomine quæ Sanctæ Crucis herba vocatur, ocellis
Subvenit, & ſanat plagas, & vulnera jungit.
Diſcutit & Strumas, cancrum, cancroſaque ſanat
Vlcera, & Ambuſtis prodeſt, Scabiemque repellit;
Diſcutit & morbum cui ceſſit ab Impete nomen.
Calfacit & ſiccat, ſtringit, mundatque, reſoluitque,
Et dentum & ventris mulcet Capitisque dolores.
Subvenit antiquæ Tuſſi, Stomachoque rigenti,
Renibus & Spleni confert, uteroque: Venena
Dira ſagittarum domat: Ictibus omnibus atris
Hæc eadem prodeſt, Gingivis proficit, atque
Conciliat ſomnum, nuda oſſaque carne reveſtit.
Thoracis vitiis prodeſt, pulmonis itemque,
Quæ duo ſic præſtat non ulla potentior herba.
Hanc Sanctæ Crucius Proſper quum Nuntius eſſet
Sedis Apoſtolicæ Luſitanas miſſus in oras
Huc adportavit Romanæ ad commoda gentis,
Vt Proavi ſanctæ lignum crucis ante tulere,
Omnis Chriſtiadum quo nunc reſpublica gaudet,
Et Sanctæ Crucis illuſtris domus iſta vocatur;
Corporis atque animæ noſtræ ſtudioſa ſalutis.

IOHANNIS POSTHII.
Diſtichon.

Nulla ſalutifero ſe comparet herba Tabaco
Viribus hoc omnes exſuperat reliquas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

SYLLABVS
Auctorum, & librorum qui citantur, & quibus in hac Tabacologia Autor utitur.

A.

Actuarius.
Adamus Lonicerus,
Aegidius Everhardus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Trallianus.
Ambroſius Paræus.
Andreas Cæſalpinus.
Andreas Libavius.
Andreas Thevetus Gallicè.
Antidotarium Bergomenſe.
Antidotarium Frambeſarij.
Ariſtoteles.
Avenzoar Arabs.
Averrhoes Arabs.
Augerius Ferrerius.
Auguſtana Pharmacopœa.
Avicenna Arabs.

B.

Baſilius Beſlerus.
Bricius Bauderius.
Bulchaſis Arabs.

C.

Caelius Aurelianus.
Carolus Cluſius.
Carolus Stephanus: Gallicè.
Caſparus Bauhinus.
Caſparus Schvvenckfeldt.
Caſtor Durantes Italicè.
Catullus.
Chriſtianus Porretus.
Chriſtophorus à Coſta.
Cicero.
Conradus Geſnerus.
Conſalvus Ferdinan. Oviedus Ital.
Cornelius Celſus.

D.

Diogenes Laertius.
Dioſcorides Anazarbæus.

E.

Edoardus Donc Anglicè.

E.

Fabius Columna.
Felix Platerus.
Franciſcus Valeriola.

G.

Gabriel Fallopius.
Galenus.
Guilhelmus Rondeletius.

H.

Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Florentius.
Herodotus.
Hieron. Fabricius ab Aquapend.
Hippocrates.
Horatius.
Horatius Augenius.

I.

Iacobus Dalechampius.
Iacobus Gohorius.
Iacobus Theodorus Tabernæmont.
Ioachimus Camerarius.
Iohannes Baptiſta Porta.
Iohannes Bauhinus.
Iohannes Colerus.
Iohannes Deacon Anglice.
Iohannes du Boys.
Iohannes Fernelius.

Iohannes Heurnius.
Iohannes Libavius Gallicè.
Iohannes Metellus Sequanus.
Iohannes Iacobus VVeckerus.
Iohannes Renodæus.
Iohannes Sleidanus.
Iohannes VVittichius.
Ioſephus Quercetanus.
Iulius Palmarius.
Iuſtus Raphelengius.
Iuvenalis.

L.

L*Aurentius Ioubertus.*
LeonhardusFioravantusItalic.
Leo Suavius.
Libellus Anonymus Angl. ſcriptus.
Ludovicus Cælius Rhodiginus.
Ludovicus Mercatus.
Lugdunenſes Gallicè.

M.

M*Artialis.*
Matthias Lobelius.
Maximus Tyrius.

N.

N*Icolaus Garçias ab Orta.*
Nicolaus Monardes.
Norimbergenſis pharmacopœa.

O.

O*Livarius Serreus Gallicè.*
Oribaſius.
Ovidius.

P.

P*Aulus Aegineta.*
Paulus Renealmus,
Petrus Andreas Matthiolus.
Petrus Aponenſis (Conciliator.)
Petrus Bellonius.
Petrus Martyr ab Angleria.
Petrus Pauvvius.
Petrus Pena.
Petrus Vaſcus Caſtellus.
Philibertus Sarracenus.
Philippus Mollerus.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Pomponius Mela.

Q.

Q*Vintilianus.*

R.

R*HaZes Arabs.*
Rembertus Dodonæus.

S.

S*Eneca.*
Serapion Arabs.
Strabo.

T.

T*Heodorus Zvvingerus.*
Theophraſtus Ereſius.
Theophraſtus Paracelſus.
Thobias Vennerus Anglice.
Thomas Hariot.

V.

V*Alerius Cordus.*
Varro.
Virgilius.
Vlyſſes Aldroandus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

IN TABACOLOGIAM C. V. D. I. NEANDRI.

NVNC faveant, fumum modò qui riſere Tabaci,
Et queis res nihili fiſtula viſa fuit:
Hæc etenim, fumi quæ morbos diſcutit uſu,
Autoris famam tollet in aſtra ſui.
De ſolidis aliј fumoſa volumina condant;
De fumo ſolidum condidit Autor opus.

ALITER.

VIx uni cunctis poterat medicarier herbis
Hactenus ægroto tota cohors medica:
Nunc una cunctis poterit medicarier herba,
Protinus ægrotis qui Tua ſcripta leget.
Macte igitur magni conatus, docte NEANDER,
Solus, quod multi non potuere, facis.

IVSTVS RAVELENGIS M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Tabaci aliquot differentiæ, quibus videlicet apud Mercatores innoteſcit.

Varinium : hoc optimæ notæ.
Tecaporinum.
Braſilianum.
Ornocheſium.
Marcapanum.
Craxium.
Commenarinum.
Gotegonaſium.
Burneodes.
Amazonium.
Manocheſium.
Comenagoticum.
Virginienſe.
Ex Inſul. S. Margaritæ.
Ex Inſul. Philippinis.
Ex Inſul. S. Lucæ.
Ex Inſul. S. Trinitatis.
Ex Inſul. S. Dominici.

Sunt & apud Belgas & Anglos ab ipſa forma duæ deſumtæ differentiæ: nam quod prolixiori forma, & compreſſius conglomeratum eſt *Prick-Taback* vocare ſolent: quod autem rotundum inſtar capitis *Baal-Taback*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Tabacks Lof en Laſtering

Aen

D. IOANNES NEANDER.

ALcina ſoomen vint by *Arioſt* beſchreven,
Heeft *Ganeloen* van *Mentz* een wonder kruyt gegeven,
(t'Welck *Moſes* eerſten hadt; en *Mahmet* inden mondt
Ghedurich hiel, ſo lang hy hem by 'tvolck bevondt)
Waer mede hy hert en ſin van ſyn aenhoorders roofde,
So datmen, vvat hy ſeyd', hem vaſtelijck gheloofde.
NEANDER, ghy hebt ſulck een kruydt, dat is ghevvis;
Oft ick ſeg dat *Taback* van ſulcker krachten is:
Ghemerck dat die *Taback* eerſt brocht in deſe landen
Der menſchen herſſens haeſt gheſtelt heeft na ſyn handen:
Hy heeft daer met ghemaeckt dat t'meeſte volck gelooft
Dat die *Taback* veracht, van ſinnen is berooft:
Ia een die den *Taback* betoont al heel te haten,
Mach ſyn' ouw kennis meeſt wel ſchouwen en verlaten.
Het *Hollandſch* ſinlijck volck acht niet meer vuyl of quaet
Te ſpouwen van *Taback*, waer dattet ſit off ſtaet.
Het eyndt van alle doen, het ſlot van alle ſpreecken,
Is nu by groot en kleyn, een pijp *Taback* t'ontſteecken:
Een dieſe ſtommeling een ander overgeeft,
En roockt als *Caens* deed, die achtmen eerſt beleeft.
Hoe dit kruydt eertijts hiet, kan ick niet wel geweten,
Ten ſy dat *t'Catanance*, off *Dvving-kruydt* was gheheten:
Mits dattet noodich ſchijnt, en doet de menſchen dwang,
En datment nooder derft dan lecker ſpijs oft dranck.
Het ſelve ſchijnt my oock nu tot ſyn lof te dwingen
Al wortet wel misbruyckt, als veel meer goede dingen.

Ick

Ick ſprac laeſtmael een woort, doch niet tot *Tabacks* ſchant,
Dit kruydt is al te goet, t'is jammer datment brant;
Terſtont dwong my *Taback* dat ick hem moeſt gebruycken:
Mits dat ick, waer ick ging, *Tabacks* roock quam te ruycken.
Iſt geen *Dvving-kruydt*, dat ons ſo ſeer aen ſich ghewent,
Dat die't een wijl' ontbeert, denct dat hy is geſchent?
Het kort de rijcke hun tijt, doet d'arme hun werc verſuymē
Laet geen gelt in de bors, laet op de borſt geen fluymen:
Het laet de wijſe als geck, de gecke wijs van ſchijn;
De nuchter droncken, en nuchter die droncken zijn:
Het kan de moede lee'n wel ſonder ſpijs verſtercken,
So wonder is dit kruydt, en ſtrijdende in ſyn wercken.
Den *Mahmetaen* ſtelt ooc ſyn *opium* aen een kant,
En neemt dit *Dvvingend-kruydt* ooek vlytich in de hant.
Wou de peſt maer een poos uyt die gheweſten blijven,
Sy ſouden dat wel licht den *Taback* toe gaen ſchrijven.
Doch niet heel ſonder reen, hy ſuyvert ſo de locht,
Dat voor den *Tabacks* roock vliedt al het vuyl gedrocht.
Vreeſt niet dat u voortaen eenighen ſtanck ſal krincken,
Nu ſtael en meſt-hoop niet dan nae *Taback* en ſtincken:
Om dat *Taback* vertraecht den ſcherpen geylen geeſt,
Ghelooftmen dat *Taback* de Pocken oock gheneeſt.
Den kloecken *Indiaen* ſal *Betle* laten varen,
Denck ick, alleen genoegt met deſe *Tabacks* blaren:
Tant-kruyd, VVorm en *Luyſpoer*, en al *Triakel-kruyt*,
Die vluchten al ghelijck voor den *Taback* t'lant uyt.
Men ſiet nu inden croeg veel min wijn oft bier ſchincken
Dan eertyts: men ſit daer meeſt om *Taback* te drincken,
Soo ſober maeckt dit kruydt de Menſchen over al,
Dat nu in roock alleen is alle hun wel geval:
Taback maeckt nu een nieuw gheſlacht van *Algemiſten*,
Dat vry al wat meer weet dan d'ouw Aſch-blaſers wiſten:
Sy blaeſden hun goet wech, met een kroes oft gelas;

Dees

Dees houdent by den roock, alſt al brocht is tot aſch.
Niet alleen d'*Apoteeck* ſal voortaen niet meer doghen
(Want *Tabacks* roock verdempt nu alle d'ander droghen;
Men bruyckt *Taback* allom, om worden weer gheſont,
t'Sy dat ons ſiecte quelt, t'ſy datmen is ghewont)
Maer *Taback* maeckt onnut der Medicijne ſcholen:
De jeught hoeft maer u Boeck, *Taback*, en heete kolen,
Taback dwong u wel eerſt tot ſchryven: maer die macht
Dwinght uwen leſer oock dat hy u boeck ſoo acht;
t'Is u gheleertheyt niet alleen, die dat kan maken;
Maer danct dit *Dvvingend-kruyt* dat niemant u derft laken.
Demoſthenes, en ſelfs *Cicero* ſoet beſpraeckt,
En hebbent met hun kunſt niet half ſo wel ghemaeckt,
Sy preecten mennichmael vergeefs al voorden doven:
Maer wat ghy ſegt oft ſchrijft, t'volck moet u wel geloven.
Koſt ick *Taback* alſo ghebruycken, ick ſouw oock,
Nu ghy lof en gheloof hebt door des *Tabacks* roock,
Met dit kruydt inden mont allom mijn gading halen,
En dan met roock, in ſtee van bare gelt, betalen.

IOOST van RAVELINGEN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

TABACOLOGIA:
hoc eſt,
TABACI,
ſeu
NICOTIANÆ
DESCRIPTIO
Medico-Cheirurgico-Pharmaceutica:
vel
Ejus præparatio & uſus in omnibus ferme corporis humani incommodis.

PROOEMIUM.

AXioma Ariſtotelis quod Analyt. poſt. tr. 1. c. *Omnis doctrina & omnis diſciplina dianoëtica fit ex antecedente cognitione* ſcriptum reliquit, Nos, ſi non conſentiente, ſaltem non repugnante Philoſopho, ad omnem quæ à ratione ſuſcipitur de re aliqua inſtitutionem, ſi concinna ac methodica eſſe debeat, pertinere

tinere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

tinere arbitramur. Ut igitur & hic examuſſim & perfecte de herba Tabaco agere induximus animum; ſic hoc loco merito curæ cordique erit Nobis, ut juſto ac decenti modo hoc adoriamur: quod faciemus, ſi ligitima methodo ab omnibus ferme Autoribus in quavis propoſita materia obſervata id agamus. Primum ergo breviter de Panchreſti hujus Etymologia ſeu Nominum notatione diçemus. ſecundo Differentias ejus adducemus. tertio Temperamentum enarrabimus. quarto de Tempore ſationis ejus & collectionis agemus. quinto Locum in quo maxime provenit examinabimus. ſexto de foliorum Præparatione, nullis ferme, aut ſaltem paucis cognita, breviter tranſigemus. ſeptimo tandem ac ultimo ſingulares ejus vires & adfectuum exploratorum tecmarſin introſpiciemus, ac referemus: omniumque ex Tabaco Unguentorum, Emplaſtrorum, Balſamorum, Linimentorum, Ceratorum, Apocorum, &c. encheireſin in gratiam plurium Pharmaceutices ſtudioſorum adponemus, ut quilibet ipſi ſibi ea præparare, & quum uſus exigit, de narthecio tanquam promere poſſit.

NOMI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

NOMINUM RATIO.

QUandoquidem Galenus 1. de Meth. c. 2. & 3. & lib. 1. ad Thraſybul. *Sine nominis explicatione rem velle cognoſcere, eſſe tempus perdere*, pronunciat: Noſtri quoque officii erit, ut de Panaceæ huius nomenclaturis, & earundem primitivis originibus primitus agamus; & qui primi eius Nobis uſum monſtrarint, penſiculatius aliquodammodo perpendamus.

TABACUM nomen traxit ab ejus regionis nomine quæ Hiſpaniæ Novæ eſt Provincia in Novi Orbis Occidentali India, quadraginta ferme quatuor milliaribus ſupra Mexicum Hiſpaniolæ metropolim. In hac igitur provincia Tabaco (Hiſpanis poſtea B· Virginis victorioſæ dicta, quod anno M. D. XIX Ferdinandus Corteſius Hiſpaniæ Novæ fundator magnam iſtic loci victoriam reportavit) Iucatanenſi imperio ſubjecta, reperta primum nobilis hæc Panacæa exſtitit, indeque poſtmodum nomẽ obtinuit. Peruanis *Petum*, ut & Antarcticis ferme omnibus, vel *Picielt* juxta Monardis ſententiam, aut *Perebecenuc*, ut vult Oviedus, (quod tamen peculiare Tabaci nomẽ non eſt, ſed aliæ cuidam herbę Indicæ tributum à ſcri- *Lib. hiſt. XI. cap. V.*

 ptoribus

ptoribus à Tabaco noſtro diſcrepanti, ut videtur) appellatur.

Vulgari quoque etymo *Nicotiana* vel *Nicoſiana* dicitur à D. Iohanne Nicotio Nemauſenſi, Franciſci ſecundi Galliarum regis Conſiliario ac libellorum poſtmodum & poſtulationum ſupplicum in Regia magiſtro, qui eam primum Galliæ (ut præclarus ille miles auratus & Thalaſſiarcha Franciſcus Drake Angliæ circa annũ M.D.LXXXVI) innoteſcere fecit; cuius nomine ab omnibus ad quos huius nobiliſſimæ Hygeæ fama pervenit, grata memoria celebrari digniſſimo jure meretur. Hic igitur D. Nicotius, quum anno M.D.LX regis ſui nomine Legati officio in Luſitania fungeretur, accidit die quodam ut carcerem, vel potius ἐργαστήριον Ulyxiponenſe (ubi tunc temporis Regia erat Luſitanica) perluſtraret: ibi nobilis quidam Belga Archivorum tunc regiorum cuſtodiæ præfectus, plantam hanc illi veluti exoticam atque nuper ex Florida Inſula allatam dono offert. accipit Legatus lubenti animo plantam, & raram quaſi ac transmarinam anteque ſibi nusquam viſam in horto ſuo ſummo ſtudio curat educari; ut cujus virtutum ad ulcera & vulnera felici auſpicio atque ſucceſſu periculum jam

factum

factum aliquoties intellexerat. pervaſit itaque hujus herbę exiſtimatio nomenq; per totam Luſitaniam, decantatæq; ſunt illius laudes ab Hiſpanis & Luſitanis, *Herba* que *Legati* dici cœpit. Haut longe poſt in Galliam redux ſemen ejus Catharinę de Medicis Galliarum reginæ dono obtulit. Illa intelligens, malignis ulceribus putidisque vulneribus apprime hanc plantam utilem; imo Panacæam quaſi novam admirans, ſuum illi nomen eſt impertita; unde poſtea *Herba regina, Catharinaria*, ac *Medicea* fama per totam Galliã increbuit. *Paræus præfat. in Chirurg.* Virginiæ incolis *Vppówoc* nuncupatur. aliis *Herba magni Prioris*, quod is è Galliis aliquando in Luſitaniam trajectus, & Ulyſſiponæ à D. Nicotio hoſpitio exceptus plantas ejuſmodi non paucas dono acceperit, ac in hortum ſuum tranſlatas ſuccreſſere ibi atque adoleſcere elaborarit. Plærisque Hiſpaniolæ incolis *Cozobba*, dicitur: *Vide Petr. Martyr. de rebus Oceanicis & novo Orbe dec. 1. lib. 9.* Cęſalpinus *Tornabonam* appellat, quod Alphonſo Tornabonio Antiſtiti Burgenſi, Nepotis ejus Nicolai Tornabonij etiam Antiſtitis, apud Galliarum vero regem tunc temporis Legati, opera in Italiam primum fuerit transmiſſa. Schvvenckfeldio, ut & alijs nobilium ſuarum virtutum adſertoribus *Herba ſancta* nun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

cupatur. *Vulneraria planta Indica* Camerario: *Piperina* aliis, ſed qua ratione non video. *Bugloſſum Antarcticum* Lugdunenſibus; & Βλεννοχοῖς Renealmo. Dodonæus clariſſimus botanographus *Hyoſcyami Peruviani* nomen ei tribuit, ſed falſo (ut ſuo loco dicetur) hoc enim Cordus non huic Tabaco ſed Strammoniæ dedit. R. Cardinalis de S. Cruce quum Roman. Eccleſ. Nuncius Apoſtolicus miſſus in Luſitaniam eſſet, Romam inde primus adportavit; unde & ibidem *Herba S. Crucis* dicta fuit. Sanæ quoq; ſanctæ nomen apud plures meruit, non ſine catalogo multarum ſuarum laudum ab evidentib⁹ experimentis petitarum. Belgis & Anglis **Taback**: Germanis **Heylig Wundtkraut / Indianiſch Wundtkraut / Indianiſche Beinwelle.** Thevetus Coſmographus Gallus (qui expeditioni illi quam anno M. D. LV. Nicolaus Durandus Villagagnonus in Braſiliam inſtituerat interfuit) libro cui Franciæ Antarcticæ nomen fecit, *Angoulmoiſine* hanc herbam vocat; ſeque ejus inventorem & primum qui ſemen Galliæ intulerit gloriatur. an mentiatur neſcimus; Nobis ut videtur anile quiddam hoc ſapit. Fabius quoque Columna Tabaci Arabum meminit diverſi à noſtro, quod plane

Paræus præfat. in Chirurg.

Vide Petr. Martyr. de rebus Oceanicis & novo Orbe dec. 1. lib. 9.

Nobis non notum. legenda quæ doctiſſimus Columna de eo commentatur in ſua minus cognitarum ſtirpium ἔυκφϱασι pag. 142. In Arabum ſcriptis incerta multa; pauca enim ex ſe habet iſta natio, & plerumque ex male intellectis Græcorum ſcriptis ſua non adeo feliciter medici Arabes concinnarunt. Cluentiſſimus etiam botanicus D. Guilandinus in conjectaneis ſuis plantarum ſynonymicis *Onoſmion Æginetæ* hanc plantam nominat.

DIFFERENTIÆ.

TRiplex à Nobis obſervatum fuit Tabacum. Majus latifolium. Majus anguſtifolium; & Tabacum minus.

SPECIES PRIMA.

TAbacum latifolium majus radices fundit è craſſiore baſi ſurculoſas, lignoſas & multis tenuibus ſibrarum proceſſibus firmatas, albicantes, intus croceas & amaras. Caulem baculi craſſitie, qui ad tricubitalem interdum proceritatem attollitur, viridem, tenui tomento pubeſcentem, unctuoſum, maxime dum adolevit, medulla candida farctum, ramoſum; quem lata ſinuum baſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

folia obſepiunt Symphito majori grandiora, è medio ambitu latiore & quaſi gibboſa extenuitate in mucronatam figuram ſenſim deſinentia, diluto virore ſplendentia, odore iniucundo, ſucculenta, & glutinoſo humore nonnihil quaſi oblita, adeò ut minuta animalcula inſidentia cohibeat: acria ſunt guſtu cum lentore quodam. In frequentium ramorum brachiis flores è dentatis foliaceis calicibus ſingulatim pediculo firmo exceptis prodeunt ab anguſta baſi ſurſum verſus in limbum quaſi pentagonum ſenſim dilatati tubæ effigie, in albedine dilute perpuraſcenti rubore, (qui incarnatus dicitur,) ſubfuſi; quorum meditullia quina ſtamina ſtylum pallide virentem, prominentem cingentia occupant; quibus marcidis ſequuntur calicum conceptacula oblonga in mucronatum nonnihil apicem deſinentia, minutiſſimo pullo ſeu ex ruſo nigricante, prius autem viridi, rotundo, ſemine referta. Vulgus herbariſtarum Tabacum maſculum hanc primam ſpeciem appellat. Sunt qui πήκτον eſſe ſuſpicentur à Dioſcoride memoratum: ſed quomodo iſta verba ad Tabacum noſtrum poſſint transferri ignoramus. Si conjecturæ eſſet indulgendum pro Conſolida majori πήκτον iſtud ſubponi poſſe
videre-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Maſcula ſum Peti ſpecies; praeſtantior herba
Me nuſquam in terris; hinc Panacæa vocor.

F. Neander

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Foemina ſum Peti ſpecies, prodeſſe reperta
Pluribus, et magni muneris Antidotum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

videretur ex quadam effigiei ſimilitudine; ut & hoc clariſſimus doctiſſimusque D. Bavhinus in ſuo ſynonymijs ornato Matthiolo adnotavit.

SPECIES SECVNDA.

TAbacum anguſtifolium majus radices habet lignoſas, multifidas, & innumeris fibris capillatas. Caules ſeſquipedales, ſtriatos, virides, ramoſos; quibus è pediculo adfiguntur folia Solano, quod Bellam donam vocant non abſimilia, latiora tamen & paulo viridiora, lanuginoſa, ſpiſſa, ſucculenta. Caulium & ramulorum faſtigia flores ornant purpurantes, calathi teretis ad baſin paulo anguſtioris ſpeciem præ ſe ferentes, & in viridi colore palleſcentes. Pericarpia floribus ſuccedunt rotundis oblongiora paulum, in ſummo foſſulam habentia oblongam, in cuius medietate apiculus ſeſe exſerit craſſus, ſed admodum brevis, rufique coloris. Ab utraque foſſula extrema ducitur ſulcus ad baſin uſque quæ croceo circulo eſt conſpicua. ſemen continetur exiguum, ſubflavum.

Hanc ſpeciem non raró ex Tabaci maris ſemine provenire Ægidius Everhardus autor eſt.


 ſi enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ſi enim, inquit, Tabaci maſculi dum ſemine turget, gramina quædam in terram excidere contigerit, eandem in qua Petum jam ante excreverit, haut dubie ibidem anno proximo proveniet hoc Tabacum anguſtifolium (Nicotiana fœmina alias dicta) imo vero ſi terræ non ſatis calidæ ſed ſteriliori ac arenoſæ Tabaci maſculi vel latifolij ſemen mandaveris, huius loco fœminam producet, tanta quidem luxurie, ut ægre tandem illinc ſit extirpanda, ſed ſponte quotannis renaſcitura. Μισχώτη hæc ſpecies Renealmo dicitur, quod folia pediculo ſubvehantur, quem Græci μίσχον vocant. Nicotiana minor Pen. Lobel. cui Tabacum minus; *Herba ſancta* & *Sana ſancta* minor. Pen. Lob. *Petite Nicotiane*, Gall. **kleyne Taback** / Belgis. Germanis **Schmalbläterich Indianiſch Wundtkraut.**

SPECIES TERTIA.

TErtia ſpecies, quæ Tabacum minus dicitur ſeſquipedalis eſt & præcedente multo humilior. Radix alba, ſubtus demiſſa, longitudine ſpithamæ, craſſitie digiti, foliis lateralibus multum obſide-



Tertia ſum Peti ſpecies virtute medelae,
Tertium et hinc dicor promeruiſſe locum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

obſidetur. Caulis rotundus, pingvis, tenuiter hirſutus, & pallide virens, in quo folia virentia, ſubrotunda pingvia, ſuccoſa, & parum piloſa, furioſo Solano non abſimilia, ſed majora & mage candicantia. Flores in dentatis foliaceis calyculis luteo colore pallent, Tabaco majori multo minores, tubuloſi, in quina obtuſa bifida labra explicati, quibus deciduis ſubrotunda capitula remanent, tenuibus, Tabaci prioris æmulis, ſed majoribus, rotundis, livido palleſcentibus ſeminibus referta. Hyoſcyamus luteus hæc ſpecies Bavhino dicitur. Hyoſcyamus tertius Matthiolo. Lugdun. Hyoſcyamus niger. Hyoſcyamus luteus Dodonæo, Lonicero. Geſnero, Camerario. Hyoſcyamus Peruvianus Tabernæmontano. Priapæia Geſn. hort. Tornabonæ congener Cęſalpino. Nicotiana minor Hyoſcyami facie recentioribus, Tabacum minimum Lugdunenſibus. Germanis Wundbilſam/ gelb Wundkraut. Dubium Hyoſcyamum luteolum ſolanifolium Lobelius appellat. Nos vero cum doctiſſimo botanographo Dalechampio ad genera Hyoſcyami hanc herbam minime referendam cenſemus, quum utriuſque facultates pugnent è diametro: huius enim ſemen guſtu acre eſt, ut & folia quæ

fervo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

fervorem ori diu inhærentem inferunt commanſa, qui non niſi longo tempore exſtingui poſſit, quod inſignis caliditatis argumentum eſt. Quare perperam etiam à clariſſimo Dodonæo & reliquis Hyoſcyami Peruviani nomen ei tribuitur, nec ad eius genera referri poteſt, quod folia inſignem quandam, ut diximus, acrimoniam ſapiant, quod calidæ naturæ non frigidæ, qualis eſt Hyoſcyami, indicium notat. Nobiliſſimus Cluſius Petum quartum vocat hanc ſpeciem.

TEMPERAMENTVM.

TAbaci maſculi facultates (ea enim de ſpecie potiſſimum nobis in hacce Tabacologia ſermo erit) quod attinet, de eis magna apud doctos eſt altercatio. Monardes calidum & ſiccum numero ſecundo, cæteris moderatum adfirmat, cum quo & Dalechampius cenſet. Cæſalpinus calidum in primo, ſiccum in tertio ordine locat. Edoardus Donc, ſcriptor Anglicanus, calidum & ſiccum in tertio ferme gradu ſtatuit. Alii negant calidum, ſed intenſe frigidum ponunt, quod fumus mentem feriat, & eſtaſin quaſi inducat; ideo ad Hyoſciami ſpecies referunt, ut monui-

mus ante Bavhinus idem annuit, motus itidem propter ſtupefaciendi facultatem & ſimilitudinem formæ quam habet cum Hyoſcyamo. Mercatus calidiſſimum dicit. Iacobus Gohorius ſententiam ſuam proferre non audet, ſed in alium locum rejicit. Lobelius ordine ſecundo, ſed intenſo calidum cenſet, & reſpondet Dodonæo quod guſtu mordeat & in ore ferveat; quam tamen ſententiam Dodonæus poſtea mutavit. Nos cum Renealmo vireſcentia folia ſecundo exceſſu; (quam illis temperiem ut & radici & cauli Sol calore ſuo conciliat, ut Luna colorem) ſiccata vero in fine tertij calida & ſicca ponimus. Certe Tabacum acrimoniam quandam ſapit & ſitiferum eſt, mentemque turbat & καρηβαρίαν inducit, quod non poſſet fieri, ni vapor quidam calidus opplendo caput feriret. Quare ludunt qui frigidum hoc ponunt, omnia enim caloris ſymbola gerit.

TEMPVS.

IN Hiſpaniola Inſula, ut & in alijs regionibus calidioribus circa autumnum ſeritur, ubi omni ferme anni tempeſtate frondes, flores, ac ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

mina, producit. Noſtrum quoque ſolum non adſpernatur, ſi modo cura juvetur adſidua. Ante veris teporum apud nos, hoc eſt, circa Idus aut nonas Aprilis, pro ratione caloris, terræ non concreditur, algioſum enim eſt, & ad primam autumnitatem vel frigoris inclementiam flacceſcit; quare ab algoribus muniendum probe eſt. Nobiliſſimus Cluſius Auguſto aut Septembri menſe ſerendum cenſet, quod ſemen exiguum ſub terra diutiſſime lateat antequam in germina abeat; & Martio aut vere telluri creditum menſe demum Auguſto florem induat, ſemenque ſubinde proferat. Nos vero experientia docuit, Tabaci ſemen Aprili menſe apud nos terræ concreditum felicius multo ac citius fuiſſe enatum, fertilioresque ac longiores caules, multoque maiora ac pingviora produxiſſe folia, quam quod Septembri menſe terræ mandatum erat. Colligitur ipſa herba Sole exiſtente in 18. 19. & 20. ſigno Leonis. Semel ſatum ubi ad maturitatem ſemen pervenerit, ſe ipſum ſuæ ſpontis copioſe ſerit in multis horti campive locis ad quæ forte ventorum vi delatum fuerit. Seritur quum Luna creſcit, ſecatur quum minuitur. Semen Aquario & Marti eſt dicatum cali-

ditatem præ ſe ferens non exiguam quam Marti fert acceptam. Hyeme vix adſervari poterit niſi in fictilibus, capſulis ligneis aut ſcirpiculis vimine textis, idque in penuariis, hypogæis, aut hypocauſtis, lociſve alijs calidioribus; ea ratione in tertium aut quartum annum illæſum conſervari poterit. Cæſalpinus caulibus etiam ſeri vult, cuius tamen periculum Baſilius Beſlerus Eiſtettenſis horti autor ſe feciſſe fruſtra teſtatur.

LOCVS.

AMat pingue ac lætum ſolum; aream planam, opacam, ſeduloque paſtinatam. glaream timet & argillam, nec ſabulone delectatur; unde non parvo conſtat, ſi interjecto anno quolibet lætamen bubulum ei adjungatur. Sunt qui tenuiſſimos cineres cribro cretos miſceant, ſed lente enaſcitur, ac tardus eius eſt proventus. Aqua mire delectatur, ac proinde rigatione gaudet, apricioribus præſertim diebus quotiens cœleſtis negatur infuſio.

Areolæ in quibus ſementim facturus es ſint oblongæ, tres circiter pedes latæ, ut intermedijs

ſulcis via pateat ab utroq; latere, ſupervacua folia ſurculosque runcaturo amputaturove (quæ alioqui majorum foliorum vires in nutrimentum ſui allicerent.) Digito vel bacillo aliquo terram fode poſitis in foramen granis decem aut duodecim, quibus in imo & in ſummo fimi bubuli particula adponatur. Pauciora grana foramini ne injeceris, ob nimiam enim exilitatem ſui ſuffocarentur, & plane ad internecionem redigerentur. Frigoris, ut monuimus eſt impatientiſſimum; ideoque maceriem luto aut lapide ab Septemtrione verſus excitabis, ita ut ad meridiem pateat, Solique oſtenta ſit, quo facilius hyeme teporem aliquem concipiat; tum etiam muniminibus ex ſtoreis ſtramineisve tegminibus congeſtis eſt operiendum.

PRÆPARATIO FOLIORVM.

POterit ergo primo ſeri patenti campo aut agro, & quum ad altitudinem coliculorum ſeu aſparagorum braſſicæ excreverit, transferri, ac ſeorſim plantari areolis prædictis oblongis in latitudine tripedaneis, ſtatuique eo ordine, ut ſingulæ plantulæ à ſeſe invicem trium aut quatuor pedum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

pedum interſticio diſtent, ne dum ſtirpes ſuccreverint majora folia ſeſe mutuo contactu lædant, cuius attritu grande incurretur diſpendium.

Quum vero eo jam uſque ingranduerint, ut florum rudimenta prorepere incipiant, ſtatim, antequam ſeſe flores pandant, omnes cymas ſummitatesque abſcindes cum omnibus lateribus ſurculis minoribusque foliolis quę alijs internaſci ſolent. (Tabacum enim neutiquam florere aut in ſemen abire debet, ſi vires eius conſervare integras percupias.) Adhæc in infimâ ſcapi ſeu caulis parte duo plerunque reperiuntur folia (*Baſcheros* Hiſpanis dicta) quæ ſaporis gratiam Tabaco adimunt, ſi commiſceantur reliquis, hæc igitur ſimul cum ſupervacuis amputabis, nullumque cum reliquis uſum habere patieris (ſaporis enim gravi ſunt & odoris non grati) cauli ſolummodo decem duodecimve plerumque folia grandia linques, poſtquam prædicta minora foliola cum ſurculis ſummis & rejectitijs infimis binis reciſa prorſus fuerint. Cumprimis caveto, ne Tabacum quod in hiſce regionibus germanicis, vel Anglia, Galliave, divendi cupias, in florem iri permittas: vires enim omnes florendo deperirent.

Porro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Porrò prædicta abſciſſa foliola minora cum ſurculis & florum rudimentis ſeu calyculis (rejectis plane infimis iſtis maioribus folijs, (baſcheros dictis) tanquam inutilibus immo nocuis) ſimul contundes, expreſſumque ſuccum in generoſo dulci novo muſteove vino Hiſpanico aut malvatico (addunt alij cerevisiam Gedanenſem) ebullire facies, eumque ſedulo deſpumabis, probeque deſpumato ſalis pluſculum addes, ita ut aquæ marinæ ſalſedinem reſipiat plane ſuccus iſte: aniſi deinde & zingiberis minutiſſimum pulverem larga manu adſperges, iterumque horæ ſpacio effervere bullireque permittes. quieſcat hinc ut ſubſideat craſſamentum. tum demum quod liquidum remanſerit effunde.

Hunc ſuccum ſeu chylarium ita coctum (*Caldo* Hiſpanis) conſervabis in vaſe bene clauſo aut turato, ut nihil ab eius virtutibus decedat, usque dum maiora in caule quæ reliquiſti folia (in his enim totius plantæ vires tanquam in domicilio hoſpitantur) ad juſtam maturitatem pervenerint: quam quum attigerint, quam proxime juxta caulem ea abſcindes, & ſuccum prædictum, ſeu *Caldo*, quem ſervaſti ad ignem ferveſacies, ita ut bullitioni proximus ſit, (non tamen bulliat,


bullien-

bulliendo enim vis eius in nihilum iret) & folia prædicta ſingulatim iſti ſucco ita calenti intinges. Quod ſi moleſtum nimis ſit ſingula folia privatim intingere, pannum laneum humi in area patenti aut horreo, aliove loco neutiquam ventoſo aut aprico expandes, illique unam ſeriem foliorum ſeſe quam arctiſſime contingentium impones: iſti ſeriei aliam ſeriem foliorum identidem diſpoſitorum prædicto ſucco etiam necdum imbutorum ſuperindes, magnoque adſpergillo in manus ſumpto, quod ſucco prædicto ſeu *Caldo* immerſeris, omnia iſta folia adſpergendo madefacies; madefactisque prioribus duabus tertiam & tertiæ quartam ſeriem; ſicque deinceps quintam ſextamque foliorum novorum impones, ſingulas ſeries adſpergillo ſeu peniculo prædicto eodem ſervato ordine irrorans; ita ut tandem altitudo horum ſeriatim diſpoſitorum foliorum ſeſquipedis altitudinem æquet. Hinc ita calentia adhuc recenterque adſperſa ſucco folia pannis alijs laneis integes, ut omnes foliorum ordines ſeu ſeries calorem ſervent priſtinum, ac quodammodo fermententur. Sin autem fervor iſte, ſeu fermentatio à tegumento pannorum laneorum obtineri non queat, po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

teris pannis iſtis fimum imponere equinum, ut hoc pacto calorem excites, quo illa folia fota in adſiduo ſtent fermento. Ne tamen nimis ferveant, inſpiciantur cottidie folia usque dum colores illorum mutent. Quod ſi dicti fervoris vi jam aliquam induerint rubedinem, ruffedinemque præ ſe ferant, (quod percipi poterit, ſi folia luci oppoſita ſint) tempus eſt, ut folia detegantur, operimentaque removeantur; nimio enim fota nigredinem contraherent, quod aduſtionis corruptionisque eſſet indicium. hoc autem ſummopere cavendum eſt ne contingat, utpote in quo cardo huius rei verſatur maxime.

Sic foto & fermentato Tabaco prædicta folia craſſioribus filis ſunt transfigenda per dorſum craſſioremve nervum ſingulorum foliorum acum adigendo, atque ita loco ventoſo quidem ſed minime aprico aut inſolato ſunt ſuspendenda, fervore enim Solis vires eorum evaneſcerent omnes. Quod ſi vento ſiccata ſatis fuerint, faſciculatim conliganda ſunt funibus quam arctiſſime fieri poterit conſtringendo, ita ut ſinguli faſciculi taleri ſeu regalis Hiſpanici majoris circumferentiam in circuitu habeant; ante omnia ſatagendo, ut quam arctiſſime & ſtrictiſſi-



ſtrictiſſime ſint conligati. Hoc modo præparata Tabaci folia vaſculis imponi, ac quam denſiſſime infarciri impingique intrudendo debent. Eſtque hæc præparatio & conſervatio Tabaci per hanc induſtriam ſingulares & exquiſitas vires habituri.

Nota. [Vino Hiſpanico aut malvatico] *Præparandi hic modus recentior eſt, & ab Hiſpanis inventus, in ſuum aut exterorum etiam uſum. Credibile enim eſt, indigenas barbaros antequam vinum transmarinum ad ipſos inferretur, vino palmeo aut de Coccos, aliove liquore (ne dicam lotio quod illis exprobratur) præparaſſe hoc* χυλέλον, *ſeu Caldo: aniſi etiam uſus ab Hiſpanis.*


In adſiduo ſtent fermento] *nobis ſonat* **Broyen.** *Jndicat autem calorem à fotu calido moderatum, fervori proximum, nondum tamen ad incendium devenientem. Talem adflant partibus pſylothra; aves ovis ſuis dum ex iis pullos excludunt. talem & Ægyptij in furnis ſuis procurare ſolent, dum ova gallinacea maxima copia artificioſe excludunt, ut notat Bellonius.*

Sunt qui vilipendant uſum Tabaci apud nos enati, docet tamen experientia, recentia folia noſtratia ſæpenumero curaſſe ulcera, vulnera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

aliaſque adfectiones citius ac certius quam ſiccata ex Indiis allata. & credibile eſt, ſicca illa exotica folia magnam ſæpe partem ſuarum virium amiſiſſe. ſupervenerunt tandem alij qui folia Nicotianæ noſtratia ſiccata & præparata modo quem Indi uſurpant, efficaciora heic adfirment quam Indica, quum hæc noſtra qualiacunque cuiusque naturæ conveniant magis, tum longe recentiora & electiora haberi poßint quam peregrina, quorum maxima pars eſt ſuſpecta, ut quæ ſophiſticata ſæpiſsime (verba ſunt Agrippæ lib. de Vanit. ſcient. c. 84.) adulterata, reject tia, vel in navi ſuffocata, vel immerſa lacunæ, aut vetuſtate corrupta, vel non de: ito tempore & loco, (unde ſæpe plurimum imminet p. riculi) collecta ſunt. Vere idem dicit Autor, ſtultum eſſe ex India petere quæ domi habemus, propriam neque terram neque mare ſufficere exiſtimantes, patriisque rebus peregrina, frugalibus ſumptuoſa, ac facile acquiſibilibus difficilia, & ab usque ipſis terræ finibus importata præferentes, &c. Hodie in Zelandia mercator quidam extat, qui annuatim circiter quinque terræ jugera juxta Veeram Mattiacorum magnis impenſis conſevit Nicotianæ ſemine, indeque prodeuntes plantas excoluit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

luit more Indorum. Folia ſiccavit, adornavitque eodem ritu, illaque paſsim vendit, quod ſtipem illi non minimam hactenus contulit. Idque per decennium ferme eorum uſus in hiſce regionibus ita invaluit, ut pro eis Virginienſe aut exoticum Tabacum non ſummopere deſideratum fuerit.

VIRES.

PErnicioſiſſimo toxico & veneno quo Cannibales ſuas inficere ſagittas ſuevere Tabacum reſiſtere didicerunt Hiſpani. Contigit ut quidam Cannibales ad D. Iohannem de portu divite in ſuis cymbis navigarent, Indorum, atque etiam Hiſpanorum, ſi quos reperirent, ſuis telis conficiendorum cauſſa. Eo appellentes Indos & nonnullos Hiſpanos conficiunt, pleroſque autem vulnerant. Hi ſublimato carentes (quod vulneribus inſpergere tali in caſu erant ſoliti) à quodam Indo edocti ſunt Tabaci ſucco expreſſo vulnera inlinire ſuperpoſito folio Tabaci trito. Compoſiti illico dolores, & ea ſymptomata quæ huiusmodi venena ſubſequi ſolent: evicto tandem domitoque veneno curata vulnera. *Toxico adverſatur Tab.*

Helleboro item adverſatur maximè; cuius rei periculum facturus rex Catholicus caniculam *Antihelleborum.*

quandam à venatoribus in gutture lædi, vulneri helleborum inſpergi, ſuccum poſtea Tabaci cum ſpiſſamentis ſatis copioſe inſtillari juſſit. dictum, factum: res tandem fidem fecit, ſubligato enim revinctoque vulnere incolumitati canicula non ſine omnium admiratione brevi eſt reſtituta.

Hiſtoria. Huic adijciemus quod Ægidius Everhardus in ſua Panacæa refert: Accidit Antwerpiæ ut matronæ cuiusdam feli, quod eſſet furacior bolum toxico mixtum quidam propinaret. Illa quum ſtare jam loco neſciret, ſurſum deorſumque curſitaret, hauſtumque venenum fruſtra evomere conaretur; animadvertens matrona modum invenit, quo aperto ipſi rictu globulum è ſucco Nicotianæ folio butyro compactum ingereret, à quo paullo poſt exhibitum venenum evomuit, ac ſervata eſt.

Famem ſitimque ſedat. Notatu dignum quod ſcribit doctiſſimus Monardes, Indos hac herba famem ſitimque ſolari hoc modo. Conchylia quædam cochlearum fluviatilium urunt; deinde atterunt calcis modo. Horum & foliorum Tabaci æquas partes ſumunt, manduntque donec in unam quaſi maſſam conglobentur, ex qua trochiſcos piſo majores efformant, quos in umbra ſiccatos ſervant uſui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

uſui. Iter per deſerta facturi in quibus nec cibus nec potus præſto eſt, ſubjectum labijs imisque dentibus globulum inter eundum ſugunt; liquoquoremque inde manantem cibi potusque loco deglutientes in ventriculum congerunt, quo abſumpto ingerunt alium: hac equidem induſtria famem ſitimque per triduum tolerantes aut quatriduum, ut ne minimam quidem virium jacturam ſentiant; ſcilicet adſidua trochiſcorum maſticatione pituitoſos è cerebro humores elicientes, quos ſucci melioris penuria in ſuum nutricatum convertit ventriculus. Plinius libro 7. cap. 2. refert, ad extremos Indiæ fines ab Oriente circa fontem Gangis Aſtomorum gentem halitu tantum vivere, & odore quem naribus trahunt; nullum illis cibum, nullumque potum; tantum radicum florumque & ſylveſtrium malorum odoribus vivere: quod fieri non poſſet niſi vere nutrirentur; vita ſiquidem cum nutritione convertitur. Locum Hippocratis ſexto Epidemiorum Iohannes Alexandrinus enarrans, Democritum Abderitanum philoſophum (quum ingruerent Thesmophoria, ne domum funeſtaret rogatus) ſola mellis anaphora, id eſt, evaporatione vitam quatriduo ſuſtentaſſe, de quorun-

Vide etiam Strabon. lib. 15. & Cœl. Rhodigin. lib. 24. c. 21.

Laërtius lib. 9. de vit. & morib. philoſoph.

dam ſententia adfirmat: quanquam alij calentium panum odore id factum malunt. Cuius item rei Oribaſius 1. aphor. com. 12. meminiſſe eſt viſus, inquiens: Philoſophus autem refert ad odorem mellis quadraginta dies vixiſſe quendam. Verum hoc loco notandum eſt egregium, ut pro quatuor appoſiti ſint quadraginta, facili per numerales notas lapſu. Pomi quoque præſuavi odore prorogatam aliquandiu Ariſtoteli vitam, in eius tituli libro (quiſquis ſit Autor) adnotatum eſt. Sunt qui ſimiliter panem calidum vino odorifero immerſum naribus admovent ægrotorum, quem ſi temporibus & coſtis cataplaſmatis modo imponimus, utique vires egregie reſtituimus. Aponenſis quoque Conciliator moribundam vitam, ex croco & caſtoreo contuſis, vinoque mixtis, producere ſe conſueviſſe teſtatur, ſenibusque eam compoſitionem exhibuiſſe, nullatenus olfactu magis quam potu profuiſſe. Sed minime hæc mira. ut enim, cibo & potu reficitur quicquid humidioris & ſolidioris ſubſtantiæ effluxit: ſic etiam ſpiritu & fumo reparatur quicquid aëreæ humidæque ſubſtantiæ eſt diſſolutum. Si ergo ſpiritus & fumus (qui nihil eſt aliud quam tenuis ſubſtantia & aërea qualitas) ſoli nutriunt, (ut eleganter hoc docet

Valleriola lib. 2. locor. commun.

Cœlius lib. 24. cap. 21.

Ferrerius lib. 2. meth.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Galenus 1. de ſanit. tuend. cap. 2.) multo melius id præſtabit odorifica vis amica naturæ qualitate permiſtus. Matthiolus quoque poſt Theophraſtum refert, Scythas glycyrrhiza contentos abſque alio alimentorum præſidio decem duodecimve dies degere. Sane pro negativa parte argumenta in medium adferri poſſent plurima, quale eſt illud Ariſtotelis 2. de Anima cap. 3. ubi tactum alimenti ſenſum eſſe docet, quaſi dicat, Alimenta quatenus guſtabilia eſſe objecta tactus, Guſtus enim tactus quidam eſt. fumum ergo quum non ſit tangibilis haut quaquam nutrire convinci hinc poſſet. Item; quod nihil corpori alimentum præſtare poſſit, niſi in ventriculo prius, jecore, ac liene elaboratum fuerit (ut ait Galenus 1. de temp. cap. 2.) Item; quod eadem ſit materia nutritionis & generationis ex eiuſdem Galeni doctrina 1. de ſem. cap. 16.) Ergo quum homo non generetur ex fumo ipſo plane nutriri non poſſe: & eiusmodi plura argumenta alia.

Fumus Tabaci utrum nutrire valeat?

1. Object.

2. Object.

3. Object.

Sed reſpondemus; notandum eſſe, fumum poſſe ſumi dupliciter; primo modo pro formali, & tunc eſſe qualitatem inſenſibilem à primis qualitatibus diſtinctam, ex earum tamen actione reſultantem.

Reſponſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ſecundo modo pro materiali, hoc eſt pro ſubſtantia cui inhæret, ut hic eſt Tabacum: eſt autem hoc calidum & ſiccum caloris & ſubſtantiæ tenuitate conſideratum: Dicimus ergo, fumum aromaticum & ſuavem vires ſemper reficere, cerebrum, cor, & ventriculum roborando; his enim partibus qualitas gratiſſima eſt, ac proinde earum temperiem ſubſtantiamque conſervat. ex fumo enim aromatizitate quadam permixto, ac ſimul cum ſuavi illo vapore inſpirato ſpiritus animales & vitales naturæ operationibus aptiſſimi regenerantur.

Alia quæſt. Alia quæſtio. Nutritionem adpoſitio & adglutinatio debet præcedere. Atqui fumus hic videtur tenuior & ſimplicior quam ut in eo aliquis adglutinationis modus poſſit excogitari. Ergo nutritionis materia non eſt dicendus.

Pars negat.

1. Argument.

2. Argum. Secundum eſt, quia Aqua nullo modo nutrire valet 4. de uſu part. & 3. acut. com. 17. Ergo & fumus illa ſubtilior & ſimplicior omnino nutrire non poterit. Dicit item Galenus 10. meth. cap. 9. jocinori ex inſpirato aëre nullam utilitatem accedere, à comeſtis vero & bibitis minorem plane quam ventriculo, cæterum aliquam non obſcure convenire. Et confirmatur ea ratio ex Galeni doctrina

Confirmatio.

ctrina 3. de uſu part. c. 1. & ſæpe alibi dicentis, communiſſimam & maximam primamque nutrimenti viam ab ore illud ferre ad ventriculum quaſi ad promptuarium quoddam omnium particularum commune in medio animali poſitum, ubi ſemel concoctum ad jecur penetrat in ſanguinem convertendum, ex quo omnium partium fit nutritio. Atqui fumus hic à jecore non trahitur in ſanguinem transmutandus. Ergo nutrire nequit.

Sed pro altera parte eſt Hippocrates lib. de Aliment. ubi fumum aëreum per guttur inſpiratum poſſe nutrire pronunciat, his verbis. Principium alimenti ſpiritus, nares, os, guttur, pulmo, & reliqua reſpiratio, &c. *Altera pars.*

Pro ſolutione huius difficultatis primum eſt notandum; hominem quum in perpetuo ſit fluxu, duplicique materia conſtet, terrea nempe & aquea, quæ partes ſolidas & carnoſas efformat, aëreaque & ignea, quæ ſpiritus, alterum vitæ principium; hinc eſſe, ut duplici materia ei opus ſit ad utriusque effluxæ diſſipatæque ſubſtantiæ reparationem; cibo videlicet & potu ad partem terream & aqueam deperditam reparandam, igne vero & aëre ad ſpiritalem reſarciendum, *1. Not.*

dum, ut manifeſte ſatis docet Galen. 1. de ſanit.
2. *Not.* cap. 2. Secundum eſt, quod licet Spiritus nutriri ab Hippocrate (libr. de Aliment. citato) dicti ſint, non tamen vere nutriuntur, quum corporis viventes ac veræ partes non ſint, neque naturalem facultatem nutrientem habeant, qua aëream materiam ſibi familiarem in ſui ſubſtantiam poſſint convertere, ſed à potentiſſima cordis virtute validiſſimoque calore, tenuem ſanguinis vaporem cum inſpirato aëre ſubigente perpetuo regenerari. Dicit vero Hippocrates eos nutriri, quod mirum in modum refici ac recreari proprij inſtrumenti refectione animus ſentitur, ac rurſum ſpirituum exhalatione, ut privatus proprio inſtrumento, deficere. Itaque Spiritus generatur non quidem ex ſua ipſius facultate, ſed ab ea quæ omnibus membris principibus eſt indita, eo fere modo quo in ventriculo chylus & in hepate ſanguis conficiuntur: non tamen quod Spiritus veluti & illa nutrimenti materia ſint, nulli enim parti præ ſua tenuitate & diſſimilitudine adglutinari aſſimiliarique poſſunt.

Ad oppoſ. His ſic præjactis facile erit ad oppoſita argumenta reſpondere.

1. Reſponſ. Ad primum dicimus, non turbare nos debere

bere aëris ad adglutinationem ineptitudinem: eum namque partes ſolidas & carnoſas vera nutritione reficere non arbitramur, ſed dicta permiſtione à valido calore cordis percoctum in Spiritus ſubſtantiam abire profitemur.

Ad ſecundum reſponſio patet; Aqua licet ſola nutritioni inepta ſit, cũ alimẽtis tamen permixta nutrientem cõditionem comparare conſpicitur. *2. Reſponſ.*

Ad confirmationem vero dicimus, verum quidem eſſe, eſculenta ac potulenta non alibi quam in ventriculo ac jecore ad nutritionem confici poſſe: aërem autem eisdem transmutationibus indigere negamus. Sed unde digreſſi ſumus revertamur. Narrat Thomas Hariot in ſua Virginiæ deſcriptione, tanto apud eiusdem Inſulæ incolas Tabacum eſſe in æſtimio, ut ſuos etiam Deos iſto delectari perſuaſum habeant. hinc ſacros ignes incendunt, locoque ſacrificij huius pulverem inijciunt; navigantes quoque in tempeſtatibus aëri & aquæ pulverem inſpergunt. Eundem & ritum obſervant, (addit idem Autor) mimicos admodum geſtus edendo, (nunc terram pedibus pulſando, nunc ſaltando, nunc manibus comploſis & in altum protenſis geſtiendo; nunc cœlum ſpectando & diſſona *Ad confirmat. Reſponſ.* *Aeſtimium Peti apud Barbaros.*

verba efferendo) ſi quando gravi aliquo periculo ſunt defuncti.

Nec prætereundum, quod vix ex Barbaris ullus offendatur, è cuius collo Tabaci faſciculus conglomeratus cum infundibulis ex palmæ foliis non pendeat: quique etiam cum familiaribus colloquens, fumum continuo per nares labiaque contuſa velut è thuribulo ad ecſtaſin usque non exhalet.

Laſſitudinem tollit.

Sunt inter illos qui ad tollendam laſſitudinem ſolatiumque in laboribus ſuſtinendum hoc ipſo fumo utantur. Quorum exemplo, inquit Monardes, ſervos noſtros ac Mauros qui in Indiam Occidentalem peregre profecti ſunt, id ipſum factitaſſe comperimus: nam ex crebris ſaltationibus ac choræis defeſſi ac laſſi eum ore naribusque attrahunt: unde idem illis quod Indis evenit: horis nimirum tribus aut quatuor mortuis ſimiles videntur; poſtea integris viribus ſunt, atque ad labores tolerandos multo quam prius alacriores. Quod quidem ipſis tam volupe eſt, ut ſubinde ab hominum conſpectu ſecedant, quo liberius animo obſequantur etiamſi non ſint defatigati. Quid, quod eo veſaniæ deveniunt, ut hoc nomine non raro pœnas hæris ſuis luant,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

qui & exuri Nicotianam ſtudioſe curant, ut deſidioſæ iſtius voluptatis occaſionem ipſis adimant. Quid verbis opus eſt? Vidi ego, inquit Monardes, ſervos Mauroſque, quibus non permittitur inebriari vino, hoc fumo ſeſe obruere, in quo non parvam voluptatem ſtatuant, jactentque ſublatam inde laſſitudinem, nulloque ſuo vel damno vel malo tam belle exceptos eſſe.

Huc referendum quod Alexander ab Alexandro lib. 3. c. 11. memoriæ reliquit, Scythas quum inebriari gaudeant, & abſtemij ſint, ſi quando ebrietatis dulcedine capi vellent, ne contra conſtitutum facerent, in ignem conjectis herbis & fumo hauſto haut aliter quam epoto vino madidos fieri. Quod & de Thracibus traditur, qui epulantes focos ambiunt, herbarum ſemine ignibus injecto, cuius nidore capti ebrios imitantur, & tanquam vino adfecti temulenti jacent, ſicut Nepenthes ſucco delibatis triſtitiam diſcuti putarunt. Babylonij quoque incenſo arborum fructu & fumo hauſto ita ebrij reddebantur, ut tripudiis & cantibus exultarent.

Scythæ *quam mire inebrientur fumo.* *Maximus Tyrius ſermon. 11.* *ut &* Thraces *Vide Pompon. Melam. lib. 2 c. 2. & Solinum cap. 15.* *item* Babylonij. *Herodotus lib. 1. non multo ante finem.*

Ad horum exemplum Indorum ſacerdotes, quos Buhitos illi nominant, de rei alicuius eventu conſulti ſuffitum Tabaci haurire ſolebant ad

Indorum ſacerdotũ vaticinādimos.

 ecſta-

ecſtaſin excitandum & de re qualibet diabolum interrogandum. Indi enim bellum aut aliud quidpiam alicuius momenti ſuſcipere non ſolebant, quin diabolum prius interrogaſſent de eventu, qui per os iſtorum pſeudoprophetarum fumo Tabaci inebriatorum illis reſpondebat. Conſultus ſacerdos Peti folia ſicca urebat, fumumque per cannulam vel trajectorium, ut hodie etiam apud noſtrates (nimis proh dolor!) in uſu videmus, in os excipiebat, illo ſeſe fumo eouſque inebrians, donec omni penitus ſopito ſenſu è mentis poteſtate exiret, & ecſtaſi quaſi raptus in terram caderet, ubi maximam diei partem aut noctis omni prorſus motu privatus jacebat. Diſcuſſa tandem temulentia cum dæmone ſe contuliſſe mentiebatur, & prout animus illi ſuggerebat pronunciabat, num bellum ſuſcipiendum eſſet an differendum, iter ineundem nec ne; & ſic de reliquis quibus interrogabatur reſponſa dabat, ſed ambigua, ut, utcunque caderet eventus, imperitæ multitudini facile perſuadere poſſet ſic ſe prædixiſſe. eoque modo barbaros iſtos homines miſere ludebat.

Mira dæmonis aſtutia apud Indos.

Indorum quoq; medici hoc fumo inebriati, & ſenſus impotes facti, mille de deorum conſilio referefere-

Medicorum Indorum mos.

ferebant,& tum terquaterq; ægri corpus voluentes manibus fricabant. Os interim ore tenebant, quod mulierculæ tanquam reliquias poſtea conſervabant. Interrogati de morbo læta reſpondebant omnia;ſi ſecus eveniret, in promptu erat excuſatio, lethalem fuiſſe: Atqui conſuetos hoſce ritus neglexiſſe capitale erat. Ita profectò hominũ inimicus Gentiles decipere conſueverat. Apud nonnullos ijdem erant medici qui ſacerdotes. *Iohannes Metellus.*

Sed jam Tabaci effectus uſu qui optimi ſunt deprehenſi, particularius enarrabimus.

Catharrum præpar. in mater. frigid.

In deſtillationibus ubi materia frigida infeſtaverit,ſuffitus fiant ex aridis Nicotianæ folijs. cumprimis convenit Syrupus eius,hic enim mirum in modum rheumata adſtringit. Idem præſtant folia manducata vel palato attrita,hæc pituitam in capite conceptam liquant, & ex ventriculis cerebri prioribus per eam partem quæ χοάνη,vulgò infundibulum dicitur, catharrificos ſuccos eliciendo deſtillationum alveos exſiccant. neſcio an felicius ac fidelius ad hanc rem remedium inſtitui poſſit.

Memoriam firmans.

Ad memoriæ quoq; ſtabilimentum egregie facit fumus naribus exceptus; peculiari enim ratione dicatus eſt cerebro,facileque in eius ſinus ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

vehitur, ac id ab omni inquinamento eluit. (eſt enim cerebrum pituitæ metropolis, ut docet Hippocrates lib. de glandulis) Cibum præcedat tribus horis, ita commodius peccantes ſuccos diſcutit & abſterget. Non tamen ſcriptum hoc volumus ijs, qui cottidiano ejus abuſu ſemet ipſos & bonas horas in Tabaccarijs taber- *Nota.* nis perdentes, & ex cerebro ſuo mentis nobiliſſima ſede, omniſque eruditionis ac ſcientiæ ταμείῳ caminum ſimul & cloacam efficientes utile alioqui medicamentum profanant, meri ciniflones. *Hiſtoria. 1.* Inſignis apud Leydenſes practicus D. Henricus Florentius Nobis aliquando retulit, D. Pavvium p. m. exercitatiſſimum ac celeberrimum ſui temporis Anatomicum, ſubjectum aliquando ad anatomen adhibuiſſe, cujus olfactus plane ac omnino erat deperditus, idque quoniam ne veſtigia quidem mammillarium apparebant proceſſuum: quod ipſum præ immodico Nicotianæ hauſtu in dicto corpore accidiſſe non inanibus colligebatur conjecturis. Iam ante triginta (aut circiter) annos ſuſpecta fuit iſta ex Tabaco per nares ſuffumigatio & male audiuit tanquam nimius & adſiduus ejus uſus cerebrum pravis fuliginibus oppleret, ac tandem corrumperet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Audiamus quod doctiſſimus & de republica literaria optime meritus D. Iuſtus Raphelengius aliquando ad Nos perſcribſit; verba ejus hic adponam. *Memini*, inquit, *D. doctorem Pavvium p. m. in primis ſuis anatomicis adminiſtrationibus juvenem ſecuiſſe robuſtum, & cætera ſaniſsimum, cuius cerebrum plane obſitum erat atris fuliginibus. Cauſſam eius rei D. Pavvio indaganti, & ad maniam aut alium capitis adfectum id accidens referenti, reſponſum ab iis qui juvenem illum noverant, non valetudinarium eum unquam fuiſſe aut ſontico morbo laboraſſe, ſed uſu adſiduo Tabaci ita adſuetum, ut raro diecu!am intermitteret, quin auram illam fuliginoſam hauriret. Hinc non temere igitur ſuſpicabatur D. Pavvius congeriem illam fuliginum in cerebri cavitatibus factam. Hactenus ille.* Plurima quidem ejuſmodi exempla in medium adferri à nobis poſſent, quæ brevitatis cauſſa omittimus. Hæc & talia nocumenta ſint tibi documenta philapne, & caveſis ne dulcis illa Mnemoſyne Muſarum parens ac amaſia Iovis oculos aliquando ſuos à te avertat, divinoque iſto ſacrario ac luminis theſauro incomparabili deſpoliet, tanquam indignum poſſeſſorem. Hiſtoria 2.

Cum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Fumus Peti valde noxius corporibus juvenilibus;

Cumprimis vero juvenibus ſumma cautione opus eſt in fumo hoc ſorbendo; nimius enim & adſiduus eius uſus extra ſanitatis lineam cerebrum redigit, & in intemperiem calidiorem multo abripit, ita ut ἔυκρασίαν ſuam & ſanitatis ambitum deſerat; hinc tandem ſacra illa anchora in deploratum trahitur. juvenum enim nutricatus benignum madorem deſiderat ad virium totiusque corporis roboramentum; cholericorum imprimis, in quibus cerebrum caloris

Præſertim biliosſis;

exceſſum non fert; calidum namque nativum opprimeretur adventitio. videatur Galenus comment. in lib. de Vict. ſalubr. Idem quoque ſubfumigium vehementer in nauſeam ac vomitum

Vomitum enim ciet.

ventriculum concitat (ut cottidiana experientia monſtrat) villis nimirum internis adhærendo, ac ita ſuccos peculiares in ventriculo ac meſenterio contentos offendendo, operationes eius conſuetas demolitur. Etenim in excluſione materiæ ex ventriculo fieri non poteſt, quin una quid exhauriatur, in quo naturæ vis reſedit; tum quod natura quum in ſuo verſatur munere in habitum corporis trajicit alimentum quaſi ad περιφερείαν. at purgans omne ac turbans in centrum ſuccos & Spiritus abducit. itaque his motibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

tibus adverſis mirum in modum fatigatur natura; nil enim ægrius ferre poteſt quam duos contrarios motus uno & eodem tempore. Hoſtis itaque acerrimus eſt plurimorum ſtomachis, præſertim ſi poſt cœnam ſtatim aut prandium ejus uſus ineatur. Atqui hoc reſpectu noxius eſt corporibus omnibus ſanis Hippocrate affirmante 2. Aphoriſm. 37. *Grave eſt hos purgare qui ſecura ſanitate fruuntur*; creber namque purgantium uſus maturam ſenectam infert, franguntur enim vires reſolutione partium ſolidarum ab hypercatharſi ſucci alibilis. Celſus quoque in ipſo ſui libri primordio *Alimenta ſanis, medicamenta ægris ſolum convenire* aſſerit. Sed detur non purgare, (quod tamen certiſſimum eſt, ut & alibi dicemus) corpus tamen alterat, quod in juvenilibus validisque ſine magno detrimento fieri nunquam poterit; humiditatem præterea abſorbet, & perfectæ conſtitutionis calorem adauget, uti ignis & Sol ſenſibiliter calefaciunt ea quæ ipſis exponuntur.

Itaque ſtomacho inimicus.

Corpus alterat.

Audiamus Platonis exemplum 2. de legibus. *Principio*, inquit, *lege ſanciemus, ut pueri uſque ad duodevigeſimum annum vini uſum prorſus ignorent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

rent. Nempe eos monebimus, non oportere ignem igni in corpus atque animam ſuggerere, antequam viri effecti ſubire labores incipiant; furioſum namque habitum juventutis cavere oportet; deinde vino moderate utantur uſque ad annum ætatis trigeſimum. Quod ſi Plato vino juvenes interdixit, quod caloris potentia caput halitibus repleat, multiſque & calidis vaporibus impleat, nimiumque corpus calefaciat, neque corpori modo, ſed etiam animo damnum vel maximum ejus uſu accedat, ut inquit Galenus 1. de ſanit. tuend. quamobrem nedum juvenibus dandum minime vinum, quod videlicet & ad iram & ad libidinem præcipites faciat, & partem animi rationalem hebetem turbidamque reddat; anne hoc Tabaci fumus præſtat efficacius? calidum eſt vinum & humidum, Tabacum vinum caliditate vincit, cui etiam exceſſui odorem iſtum fortem ſaporemque corroſivum debet. loco prętere a humiditatis vini habet etiam conjunctam ſiccitatem. Qui naturalem tantummodo philoſophiam guſtavit, facile hinc concipere poteſt rem eſſe plenam periculi cholericis conſtitutionibus, quas ad febres ardentes, phreneſes, & hecticas diſponit, eaſdemque in melancholiam intempe-

tempeſtivam traducit; calor enim non naturalis, naturalem corporis calorem ſuperans, eandem vaſtat ac deſtruit, ut monuimus, eademque opera intemperiem melancholicam continuo eius uſu ingenerat; hinc ſicca poſtea bilis & calida inflammatur. ſed hoc ſenſim fit & ſine ſenſu juvenili ætate, & ſimul frequenti Zythi ingurgitatione (quo utuntur noſtri Tabaccarij) impediente quo minus ſubito hæc fiat alteratio. Dicit Galenus de ſanitate tuend. *Optimi temperamenti optimi mores:* qui & integrum librum ſcripſit in eum finem, ut probet, affectiones mentis ſequi temperaturam & conſtitutionem corporis. Quod tametſi intelligendum ſit præcipue de originali illa temperatura quam à parentibus accepimus, ſicuti tamen ea mutatur vel naturaliter cum ætate noſtra, vel accidentaliter ex nimia Tabaci ſuffumigatione, aut alio quovis externo medio; ita & eandem magna affectuum & inclinationum mentis mutatio comitari ſolet. & ſicut calor & acrimonia creſcunt & habitant in ſanguine, ita furor & temeritas in animo: incraſſato jam concretoque ſanguine triſtis ſtupidusque evadit animus. hoc in nonnullis nimis eſt conſpicuum, licet ab alijs prudenter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

denter diſſimulatum. Non igitur videmus quomodo nimia iſta Peti ad nares & cerebrum attractio non peragatur rea everſionis perfecti ſtatus corporum & animorum, obtritis frigidorum elementorum proportiunculis ac ad calorem promotis ſpoliata forma priſtina; idque non ſolummodo in ipſis philocapnis ſed & in eorum poſteris, quum parentum temperatura & conſtitutio in liberos naturæ ordine transfundatur, & unà mentis adfectiones inde pendentes. *Quocunque*, inquit, doctiſſimus Fernelius, *morbo pater generans afficitur, idem in prolem tranſit.* & Galenus, *Mas formam, naturam, & eſſentiam dat infanti.* Quando igitur corporis humores acrem hunc calorem & ſiccitatem ex nimio Tabaci ſuffitu contraxere, pater generat filium ſui ſimilem, ſed cui deeſt humor iſte naturalis, qui vitæ illius filum protrahat, eumque ad mores ingenuos, ſuaves & ſociabiles diſponat. Audiamus Avicennam Fen. 1. p. c. *In ipſius*, inquit, *Artis potentia ſitum eſt, ut ne putredo in nobis gignatur, & ut nativa humiditas diutius perennet, ne cito ab exſiccantibus, vel urentibus cauſſis diſſolvatur, & ut etiam quam longiſſime unum quod-*

Lib. 2. de ſignis.

Lib. de cauſſis morbor.

que corpus ſecundum tempus à nativo tempera-mento ſibi debitum proferatur. Quibus autem id præſidijs facere Ars poſſit paucis poſt verbis explicat, triplici ſcilicet cautione ab Arte adhibita: una ſcilicet in eſculentorum ac potulentorum recta adminiſtratione, in quantitate, qualitate, ſubſtantia, modo, ordine, menſura ac tempore; non neglecta interim loci occaſione. Altera in putrefactionis cautela. Tertia earum rerum prohibitione, quæ nocere vitæ quum ſuapte natura poſſint, humidum radicale brevi temporis ſpacio diſſolvunt, ſicque vitam momento rapiunt; qualia ſunt vigiliæ, curæ, angores, calefacientium item ac vehementer ſiccantium uſus; unde tandem defectu convenientis pabuli exſtingui nativum calorem humidumque primigenium omnino eſt neceſſe; hinc marcore & tabe deficimus. Vnde merito *Tabem Galenus* lib. de Tabe, *viventis corporis ex ſiccitate, conſumptionem eſſe dixit.* Ex hiſce igitur commemoratis facile elici poteſt, quod fumus hic tabificus ad vitæ brevitatem faciat. Quum enim nativus in nobis calor inſtar flammæ cuiuſdam humidum, in quod agit, adſiduo depaſcatur, perinde ac accenſus lychnus

Tabes quid.

oleum calore ſuo abſumit; conſequitur neceſſario, ut defectu pabuli quam celerrime, proprio vitæ diſſipato ſubjecto, vita evolet, deficiente una cum humido ipſo etiam innato calore, cujus defectio mors eſt.

Intelligitis igitur Tabaccarij fumoſas haſce fuligines Tabacinas quibus toti, ceu in profundiſſimo cœno lutulenti involvimini, ad vitam veſtram rapiendam plurimum certè momenti habere. Galenus loquens de medicinis aperientibus adſerit, eorum uſu frequenti ſolidas corporis partes exſiccari, ſanguinemque craſſum evadere ac concretum, qui in renibus exuſtus calculum generat. Hoc idem de Tabaco verè adfirmari poteſt, quo multi frequentius utuntur, quam ulli unquam hujuſmodi medicamentis aperientibus, plus enim continet in ſe caloris & ſiccitatis quam illud, atque eadem ratione plus virium ad lædendum ſana & eucrata corpora. Aduertite igitur, advertite καπνοφίλοι, ne hujus apocapniſmi nimietate extra lineam curratis, & αἰθαλοέντος τοῦ Θεοῦ aucupio vos metipſos mancipetis. Corporis bona ſunt Pulchritudo, Robur, & Bona valetudo: hanc ultimam tanquam potiorem commendans graviſſimus Autor Plutarchus, *ſanitatem*

5. de medic. ſimpl. facult.

fuligine obliti Dei.

tatem maximè divinum longeque blandiſsimum eſſe vitæ condimentum; precioſiſsimamque rem ut graviſsime, ſic certe doctiſsime, affirmavit: nil hac præſtabilius, nil optatius, nil etiam jucundius poteſt inveniri: *abſque hac* (Hippocrate teſte) *nulla reliquarum rerum voluptas aut fructus.* hæc eſt quæ in hac vita utramque paginam facit; ſine hac felix nemo dicit potuit unquam; hæc honores ampliſſimos, hæc gazas & divitias omnes multis paraſangaris longè antecellit; unde ſcitum illud Horatianum; *in ſalubr. præcept.*

Non domus & fundus, non æris acervus & auri *lib. 1. ep. 2.*
Ægroto Domini deduxit corpore febres,
Non animo curas: valeat poſſeſſor oportet,
Si comparatis rebus bene cogitet uti.

Vniverſam vero ejus ſuſtentandæ rationem unus omnium optimè tradidiſſe Cicero latini eloquij & pater & princeps libro Officiar. 2. eſt viſus. *Suſtentatur valetudo* (ait) *notitia ſui corporis & obſervatione earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe, & continentia in victu omni atque cultu corporis tuendi cauſa, & prætermittendis voluptatibus, &c.* Quid hac ſerie divinius, quid copioſius, quid elegantius, dici à quoquam

poſſit, planè non liquet, ut qua univerſa valetudinis conſervandæ ratio lepidiſſime explicetur. digniſsima profectò ſententia quæ mentibus inſcribatur eorum qui ſanitatis ſtudioſi. His utimur à quibus natura ipſa juvatur ac reficitur: ab his cavemus à quibus noxam nos ſentire percipimus; idque duce & magiſtra *Natura*; quæ (ut Cato dixit) *dux vitæ noſtræ eſt optima, multis ipſa ſignis declarans quæ deſideret, quæ abhorreat, cuique repugnare nihil prorſus eſt aliud quàm gigantum more cum diis pugnare*: hæc continentia in omni victu, cultu, & prætermittendis voluptatibus conſervatur. Continentia corpus vegetum, ſalubre, firmumque reddit, eadem præſtat voluptatum contemptus: eſt enim (ut Plato inquit) *Voluptas eſca malorum*: Hanc quum non minimam ex Tabaci ſuffitione percipiant (ſi tamen voluptas hæc dici meretur) mirum quantopere ſibi congratulentur, non cogitantes interim naturam laceſsiri, immemoresque illius Ovidiani,

Cic. lib. 2. de ſenect.

in Philæb. de ſummo bono.

lib. 1. Eleg.

Impia ſub dulci melle venena latent.

Plut. lib. de tuend. val.

Socrates ſuadere ſolitus erat, illos cibos potusve vitandos qui ultra ſitim famemque ſedandam producerent appetentiam, quod ea voluptate

nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

nos magis ineſcantia magnis malis inficerent, verum etenim illud;

nocet empta dolore voluptas. Horat. 1. ep. 12.

Quomodo enim non turpe ſit prorſusq; deteſtandum, prudentiſſimum animal hominem enervibus hujus fumi illecebris ita irretiri, ut neglectis valetudinariæ artis præceptis ſordidiſſimo fumo inhians totum ſe invaletudini devovendum præbeat? Appetentia privari, radicali conſumpto humido contabeſcere, febribus torqueri, aliisque infirmitatibus diverſimodis angi, an non hæc præclara voluptatis imprudenter admiſſæ præmia? Satius eſſe cum Galeno ſentimus (ſi cui acetum in pectore) ſexcenties mori malle quam talem vitam vivere. Quod ſi ita eſt (ut profecto eſt) quorſum attinet pravis hiſce fuliginibus ſeſe devovere, naturamque ad ſui internecionem atque perniciem cogere? hominum hęc ſunt, an belluarum potius? vere Plinius: *Animalia omnia noſcunt ſibi ſalutaria præter hominem.* lib. 27. cap. 3. & recte Seneca. *Inter cauſas malorum noſtrorum, quod vivimus ad exempla,* Ep. 39. *nec ratione componimur, ſed conſuetudine adducimur: quod ſi pauci faciunt nolumus imitari: quum plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, frequentes ſequimur, & recti apud nos locum tenet error*

multorum. & alibi: *Voluptatibus in conſuetudinem adductis carere non poſſunt: & ob hoc miſerrimi ſunt, quod eo perveniunt, vt illis quæ ſupervacua fuerant facta facta ſint neceſſaria: ſerviunt itaque voluptatibus non fruuntur, & mala ſua, quod malorum ultimum eſt, amant. tunc autem conſummata eſt infelicitas, ubi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent; & deſinit eſſe remedio locus ubi quæ fuerant vitia mores ſunt.* Sed fruſtra monita Noſtra,

Ep. 39.

dedit hæc contagio labem,
Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,
Vuaque conſpecta livorem ducit ab uva.

Iuvenalis Sat. 2. 8.

Vt finem faciamus, non quidem imus inficias in corporibus frigidis & humidis nimis cerebris, quæ à madore titubant, & quibus pituitæ nimietas juncta eſt; aut ubi ſuccus ille rigida quadam frigoris potentia cerebrum percellit (cujus ſigna ſunt faciei albedo, venarumque inconſpicabilitas, capilli recti, ſtabiles, & ruffi, frigoris impatientia, & totius corporis habitus rigidus, torpor & ſomnolentia, os, nares, oculi, madẽtes, &c.) ſuffumigio hoc pravarum iſtarum ac putidarum materierum ſaburram evacuari poſſe & excludi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Nondum tamen omnino tutus in hoc reſpectu videtur nobis fumus iſte exceptus, niſi cum cautione & reſpectu. inter præcipuum vero haberi debet, ut ad neceſſitatem non ad libidinem & intemperantiam utatur. parcitas adſit & modus. purgetur vero caput prius ſternutatoriis ex Peti pulvere, ut alibi dicemus.

Videtur Nobis convenientius ſi tubuli illi vel fiſtulæ, per quas fumus recipitur, ſint, longiſſimæ, quales ſunt barbarorũ, quibus fumum longinquo hauriunt, quales & plures meminimus uti conſuetos, algidior enim ita redditus fumus gratiore Venere hauritur, nec vapidum adeo & acrem nidorem eructat. Cerebrum quoque quum venulis anguſtiſſimis conſtet ac minimis, non lubenter recipit craſſa iſta ſubfumigia penetratu difficilia, ſed tenuia & calida tantummodo. Perſæ ut & Turcæ Aloes lignum minutim cõciſum Tabaco addunt in capitis adfectibus, ac ita per longam cannulam ex orichalco confectam (quam frigidæ imponunt aquæ, ut eò gelidius fumus pervadat cerebrum) ſuffitum hunc hauriunt. Sunt qui olei Aniſi guttulas aliquot addant; alios vidimus qui Caryophillos admiſcebant; alios alia ſeroſos ac frigidos capitis pectoriſque humores evacuantia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Barbaro-rum tubu-li quales.

De Barbarorum inſtrumentis, ſive fiſtulis, vel potius tubulis (quorum diverſos icones in calce hujus Tabacologiæ exhibebimus) quæ Monardes narrat lib. ſimpl. medic. 3. nullius melius quam ipſius verbis, ut ea nobiliſſimus Cluſius interpretatus eſt, poteſt benevolus lector intelligere. Advehuntur è nova, inquit, Hiſpania Tubuli quidam Cannarum ſive Arundinum interiore parte quodam gummi inliti, quod mea opinione Tabaci ſucco infectum eſt, caput enim tentat: illo, ni fallor, cannam inungunt; utque tenax eſt, firmiter inhæret, colorisque nigri eſt: induratum autem non eſt tenax. Incenditur tubulus ea parte qua bitumine ſive gummi infectus; altera vero in ore ſumitur, fumusque excipitur; omnem pituitam & purulentos humores è pectore educens: hoc vero uti ſolent quum Aſthmate ſe premi, & veluti ſuffocari ſentiunt. hæc ille. & Cluſius in additamentis ad idem caput. De tecta, ait, ab Anglis duce Richardo Grenfeldio anno à Chriſti nativitate M. D. LXXXV VVingandecaovv (quam ipſi Virginiam nuncuparunt) novi orbis Provincia, triginta ſex gradibus ab Æquatore Septemtrionem verſus diſtante; compererunt Incolas frequenter uti Tubulis quibusdam ex argilla factis,

ad foliorum Tabaci magna abundantia apud eos naſcentis, incenſorum fumum hauriendum, ſive verius ſorbendum valetudinis conſervandæ gratia. Angli inde reduces ſimiles attulerunt tubos ad Tabaci fumum excipiendum: inde Tabaci uſus per univerſam Angliam adeo invaluit, præſertim apud aulicos, ut multos ſimiles tubos fieri curarint ad Tabaci fumum ſorbendum. Hæc Cluſius de Anglis. addimus Nos Belgarum, Germanorum, Gallorum, Italorum, Turcarum, Arabum, Perſarum, immo totius ferme orbis terrarum inhabitatorum magnam partem (ſi non maximam) huius θυώματ@ nidore ita ineſcatam, ut fœtidum hoc & olens ſubfumigium ſapidiſſimis etiam fumitionibus longè præferat. Cumprimis vero hoc thymiama apud Belgas noſtros frequenti eſt in uſu; tum etiam inter mercimoniorum genera non contemnenda Tabaci præparati mercatura, & res inter negotiatores uberrimi quæſtus, ſi fortuna, etiam mediocris, adſpiraverit; maximo profecto compendio & inſigni Hollandiæ & Zelandiæ mercatorum utilitate & fructu, qui ſiccatum & præparatum Tabacum, ut ex Indijs adportatur, in alias regiones, etiam longiſſime diſſitas

 trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

transmittunt non ſine luculenti lucro. Quot mille hominum reperire eſt in potentiſſimo ac florentiſſimo illo Amſtelodamenſi Emporio (taceo Roterodamum, & reliquas hujus Provinciæ civitates) qui fortunæ primum tenuioris ut plurimum Tabaci venditione ſuam non ſolum ſuſtentarunt inopiam, ſed etiam quæ ad victum & amictum communis poſtulat neceſſitas abunde ſatis ſibi ſuisque proſpexerunt: immo ſunt qui amplas inde divitias corraſerunt. quamvis illis non patrocinemur, qui ſpecioſo Tabaccarias tabernas (addo vinarias, ne dicam cereviſiarias & oinoſtagmatarias) exercendi titulo victum ſe & lucellum quoddam quæritate prætendant, quum ſcortis interim & lenocinijs proſtituendis rem promoveant domeſticam. Vt autem curioſus lector videat, quantopere mercimonium hoc Tabacinum apud Belgas vigeat; dicimus; indubitate hoc præſagiri poſſe ex eo, quod citra controverſiam fatendum, Illuſtriſſimos & Potentiſſimos Hollandiæ Ordines, modico, & tolerando etiam, in Tabacum impoſito tributo (quod tamen ante dies aliquot factum intelleximus) triginta florenorum millia, & ultra, ex ſolo vectigali Tabacino in publici ærarij emolumentum

à mer-

à mercatoribus, qui hoc ex Indijs adportari curant, pro lubitu cottannis poſſe colligere.

Vt redeamus unde ſumus digreſſi, diximus, ſuffitum hunc ſeroſos ac frigidos capitis humores poſſe evacuare: cui tamen adverſari videtur Hippocratis doctrina 5. Aphoriſm. 28. quæ habet. *Suffitus aromatum muliebria ciet, idemque ad alia non raro valeret, niſi capitis gravitatem adferret.* Vbi docet, Galeno in comment. ſubſcribente, totum corpus recte ſuffitum iri per uterum in omnibus frigidis ac humidis diſpoſitionibus, niſi timeremus illam quæ fit ex ſuffitu capitis gravitatem. ergo quum ad materiam pituitoſam in cerebro ſtabulantem haut quaquam quæ caput gravent ac repleant, ſed potius quæ ſublevent requirantur; ſuffitus qui ex rebus caput opplentibus, ipſo docente, Galeno, conſtant, in tali cerebri diſpoſitione, aut in ulla quapiam uſurpari non debent.

Difficultas.

Part. negat. argum.

Sed pro altera parte plurimi ſunt Autores graviſſimi magna cum laude praxin exercentes, ac docentes, qui ſubfumigationes in tali aut ſimili eventu ſummopere commendant. quibus non ſolum cottidianum experimentum ſed etiam validiſsima ratio ſubſcribit: quia ad inciden-

Pars altera.

Ratio.

dendum abſorbendumque humorem frigidum & humidum in cerebro collectum, nulla aptiora remedia inveniri poſſunt ijs, quæ cerebrum roborandi atque attenuandi & exſiccandi facultatem ſortiuntur. Atque Tabaci fumum talem facultatem poſsidere certum eſt; nam calefaciendi, incidendi, attenuandi, aperiendi, & reſerandi facultate pollet. Ergo fumus hic ore perque nares hauſtus ad frigida & humida cerebri excrementa reſiccanda tanquam perutile remedium in hos uſus eſt trahendus.

Notandum. Pro ſolutione argumenti oppoſiti advertendum eſt, multum intereſſe ad huiuscemodi remedij uſum conſiderare cerebri temperamentum (ut ante diximus) & humorem qui in eo ſuperfluit; ſi namque calidum illud ſit, Tabaci fumo valde repletur & gravatur, cuius eventus cauſſa ſita eſt in ipſo partis calore (nam & calor communi nomine caloris trahit) atque etiam in meatuum calidioris capitis amplitudine, ob quam aſcendentes vapores facile recipit: ſi vero cerebrum frigiditate & humiditate nimia laborans conſimilia inter ſe congenerat recrementa, huius ſubſitu non implebitur, ſed potius reſocillabitur exſiccabiturque, niſi forſan ob nimiam

ſive

ſive nativam ſive morbo contractam debilitatem quorumvis vaporum contactum abſque gravitate & dolore ſuſtinere nequeat.

His itaque ſic prænotatis ad contrarium argumentum dicimus; Hippocratem in Aphoriſmo allegato intelligendum eſſe de ijs qui cerebrum admodum calidum & humidum habent aut etiam debile, & quod facile dolore gravitateque corripitur. frigido enim humidoque cerebro frigidis humidisque recrementis onuſto ſuffitus calidus & ſiccans (qualis hic Tabaci eſt) ſummopere confert, præſertim per fiſtulam modo quem diximus exceptus. A quo tamen abſtinendum ducimus eos, quorum caput ob debilitatem delicatulamque naturam non ſolum fumis, ſed moderatiſſimis etiam odoribus, percellitur, ac dolet. *Ad argument. oppoſ. reſponſ.*

Sequitur alia quæſtio; Utrum nempe Tabaci fumus ventriculo ingeſtus (quem morem apud multos, imprimis nautas noſtros, in uſu cottidiano conſpicamur) humores ſuperfluos è cerebro trahere & purgare queat. *Alia quæſtio, Vtrum fumus Tabaci ventriculo ingeſtus humores ſuperfluos è cerebro trahere queat?*

Pro parte affirmativa validiſſimæ ſunt rationes; quarum prima ſumitur ex Hippocr. 7. Aphoriſm. 30. dicente. Quibuscunque per diar- *Part. affirmat. arg.*

 rhœas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

rhœas ſpumoſa feruntur alvi recrementa, his ex capite effluunt talia. Vnde infertur, à capite adventriculum, nimirum per choanam, trahentis pharmaci facultate humores, adlici poſſe. Secunda deſumitur ex Actuario, Meſue, alijsque Autoribus probatiſſimis, Agaricum ad purgandos pituitoſos ſuccos in thorace & capite contentos commendantibus, quod planè non feciſſent, ſi caput & thorax per ventrem vacuari non poſſent.

2.

Part. negat. argum.

Pro negativa parte argumentum eſt, quia, ut docet Ariſtoteles 1. ſect. probl. quæſt. 42. medicamenta poſtquam ventrem adierunt, reſolutaque ſunt, ſtatim ad venas per easdem feruntur vias per quas cibus commeat, mox quum nihilo concoqui potuerunt, ſed victrice perſtiterunt potentia, relabuntur, & quæ ſibi ſubſiſtunt ſecum detrahunt; quæ res Purgatio vocitatur. Atqui à ventriculo ad cerebrum aut thoracem nullæ reperiuntur viæ per quas medicamentum purgans ad humorem alliciendum permeare poſſit:

Purgatio quomodo fiat.

Ergo humor in cerebro thoraceve contentus Tabaci fumo (ut purgantis pharmaci) vacuari non poterit. quam etiam ſententiam Ariſtotelis

doctiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

doctiſſimus Fernelius 3. meth. cap. 7. defendere velle videtur.

Notandum igitur pro ſolutione huius difficultatis, corpulentiorem huius ſubfumigij ſubſtantiam ad purgandum humorem in cerebro, non egredi è ventriculo, ſed ibidem remanere, aut in inteſtinis adhæreſcere, indeque cognatum ſibi ſuccum prolicere; quod multipliciter probari poteſt. Primò, quia medicamen- 1.
ta extrinſecus adplicata, nempe umbilico, & umbilicaria ideo dicta, volæ manus, plantæ pedis, atque interdum naribus admota corpus purgant; at nihilominus ad humores purgandos pervadere nequeunt. Secundò, quia 2.
ſæpe obſervamus, medicamenta & pillulas ferme integras poſt amplam purgationem rejectas, quod ſanè non accideret, ſi ad humores familiares trahendos in totum corpus pervaderent. Tertiò, Serapionis ratio præ- 3.
dictis non inepte ſubſcribit; ſi enim, inquit, medicamentum ad humorem longe diſſitum accederet, illi familiaritate jungeretur, nec eum cuius jucunda voluptate perfruitur, detraheret, aut exturbaret, quemadmodum nec magnes ferro junctus idipſum alio trahit,

 ſed

ſed plane retinet ac ſervat. Fateri ergo oportet, fumificam quandam ſubſtantiam è ventriculo per venas aliosque cœcos & occultos ductus, non ſolum ad cerebrum, ſed & in omnes corporis partes ἀδήλως diffundi quoquoverſum.

Ariſtotelis opinio confutatur.

Atqui hinc conſtat, perperam dixiſſe Ariſtotelem, purgantia in omne pervadere corpus, & noxium humorem quaſi vinctum in ventrem reducere.

Deciſio quæſt.

His igitur ſic notatis difficultati reſpondemus, dicendo, purgantia ad humores familiares ſibi attrahendos in corpus non permeare, ſed in ventriculo manentia ſua virtute ac proprietate eos ad ſe trahere ex omnibus corporis partibus per vias, quæ, licet nobis ignotæ, naturæ tamen cognitæ ſunt.

Alia quæſtio: Vtrum cerebrum exſiccari queat reliquis corporis partibus in mediocritate conſtitutis.

Oritur heic alia quæſtio, Utrum nimirum nimietas uſus Tabaci per fiſtulam hauſti cerebrum exſiccare queat reliquis corporis partibus in eucraſia conſtitutis?

Part. negat. arg.

Pro negativa parte argumentum eſt, quia humoris multitudo aut paucitas totius corporis ſequitur temperamentum à primordijs generationis contractum. ergo quum temperies totius

totius animantis ſit, non autem unicæ partis, humor plane in cerebro neque in ulla alia corporis parte poteſt exſiccari, quin in toto corpore etiam exſiccetur.

Quod autem temperamentum toti corpori ſit tribuendum, non autem uni peculiari membro, probatur ex Hippocrate 1. & 3. Epidemiorum libris, ex oculorum glaucedine, aſpera voce, nigrisque capillis, totius frigidum aut calidum temperamentum colligente, quaſi una pars calida & frigida eſſe non poſſit, quin reliquum etiam corpus totum ad proportionem calidum aut frigidum reperiamus.

Pars altera.

Sed pro altera parte eſt Galenus ipſe 2. de Temper. cap. ultim. ubi pluribus probat argumentis non eſſe neceſſarium ut ſingulæ corporis partes totius ſequantur temperiem. Quamvis enim in corpore temperato atque optime conſtituto æqualis temperatura per totum reperiri valeat, in aliis tamen quæ ab hac exquiſita temperie, juſtitialique diſpenſatione deſciſcunt, id in totum verum eſſe non poteſt. immo ſtat eſſe hominem pectoris ampliſſimi & hirſutiſſimi, ideoque Leonis inſtar corde cali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

dum & audacem, non tamen proinde reliquo corpore calentem. Sic videmus cottidie (ut reliqua exempla prætereamus) homines plures jecore calido, cerebro vero frigido præditos, & è converſo; ut mirari non liceat, ſi idem homo qui reliquas corporis venas turgentes obtinet, eas tamen quæ in capite & cerebro ſunt exſiccatas habere aliquomodo. Hoc enim fieri poſſe addit Galenus, ut intemperamenti exceſſus in uno membro, exceſſus oppoſiti in reliquis cauſa ſit & imbecillitas, aut unius robur aliorum firmitate aut imbecillitate compenſetur.

Ad oppoſ. argum. reſponſ.

Quando igitur Hippocrates (ut oppoſito argumento ſatisfaciamus) ex oculorum colore aut vocis gracilitate totius colligit temperiem, recipi poteſt, quaſi ea in corporis totius æquali temperatura exploraverit, in qua unius partis indicia in reliquis locum habent. Vel intelligi etiam illa poteſt doctrina quando alia in toto corpore ſigna ad idem oſtendendum concurrunt. Si enim, verbi gratia, adſunt indicia caloris in toto, atque eis jungitur vocis magnitudo cum pectoris amplitudine, evidens ex his ſignis calor totius corporis oſtenditur. Quod ſimiliter de cerebri aliarumque partium com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

plexione cum reliquo corporis temperamento comparanda debet intelligi.

Qui longis, imo annuis, uſibus hunc per os & nares ſuffitum adſueverunt, dictum volumus, hanc ſuffumigationem ipſis minus nocere; *Conſuetudo enim eſt acquiſititia quædam natura*, teſte Galeno 2 de motu muſc. & 2 de temperam. vel eſt adſcititius quidam habitus ex crebris unius cujuſpiam rei actionibus longo uſu comparatus, qui habitus conſueto uſu naturæ ingenitus factus eſt familiaris: unde illud divini Hippocratis 2. Aphoriſm. 50. *Quarum rerum inveteravit conſuetudo, quamvis deteriores ſint illæ, minus tamen inſuetis malè afficiunt. eſt ergo adſuetorum uſus ſuſcipiendus*. Veriſſimum hoc axioma & extra omnem contradicentiæ aleam; in omnibus enim conſuetis, ut conſueta, inſuetis minus noxia: ob conſuetudinem enim, etiam ea quæ deteriora ſunt, longo uſu naturæ familiaria redduntur, ac proinde minime noxia; quod namque naturæ familiare eſt, innoxium eſſe ſolet. Tantum verò conſuetudo valet, ut ab illa tum in ſervanda valetudine tum in curandis morbis magnam ſit ſumere indicationem, nec multo quam à natura inferiorem,

Conſuetudinis definitio. 1. 2.

ut

ut Hippocrates & Galenus multis in locis inſinuarunt. etenim, cum inſuetis ſemper natura gaudeat, (ut octavo methodi adfirmat Galenus) conſtat, id cui ſe quiſpiam adſueverit perpetuo eſſe ſervandum: à conſuetudine enim perinde atque à natura & ætate ſimilium indicatio ſumitur. Quum itaque ſervandam ſemper conſuetudinem Hippocrates & Galenus adfirmarint, quanti ſit periculi à conſueto, præſertim longa annorum ſerie confirmato (quale hic eſt ex Tabaco per os naresve ſuffumigium) deſciſcere, illudque in contrarium mutare præſertim ſi repente aut immodice id fiat, perſpectum hinc omnibus liquidò arbitramur: unde etiam Celſus lib. 1. c. 3. *Periclitatur & qui ſemel & qui bis die cibum incontinenter contra conſuetudinem aßumit* item: *neque ex nimio labore ſubitum otium, neque ex nimio otio ſubitus labor ſine gravi noxa eſt.* Quum igitur hanc ex Tabaco ſuffumigationem intermittere quis meditatur, non temere nec ſubito mutanda conſuetudo, ut quæ naturæ fere vim æquet. Proinde hoc fumo adſueti facilè eum ferunt; contra graviter qui præter conſuetudinem eum hauriunt. Hæc efficit, ut ſalubria non ſolum nobis uſui

ſint,

ſint, ſed quæ alioqui (niſi adſueta eſſent) eſſent deterrima futura, ſalubria evadant. Tantæ potentiæ atque virium hanc denique ſcimus eſſe, ut non ſolum adſumptorum malignitatem ipſa ſuperet; ſed (quod magis miremur) ipſam venenorum perniciem vincat, ut quæ venenoſitate ſua ſpoliet. ſic de puella napello nutrita legimus, quæ paulatim adſueta eo uſa eſt pro alimento. Galenus 3 ſimpl. cap. 18. anus cujusdam Athenienſis meminit, quæ ab exigua cicutæ portione auſpicata ſenſim progrediendo effecit, ut ea innoxie in magna copia veſceretur. Legimus de puella quadam in Colonia Agrippina quæ in trimatu parietibus arreperet araneas venatura quas voraret; eoque cibi genere oblectata inſigniter aleretur. & Methridates Ponti rex quotidie ſumens venenum conſuetudine ſibi tam familiare reddidit, ut quum ſibi mortem inferre vellet, ſumpto viro, ne in manus Pompei veniret, exitiale toxicum innoxie ſumpſerit.

Avicenna 6.4. tr. 1. c.2.

Cælius lib. 11. cap. 13.

Plinius. lib. 25. c. 2.

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæva nocere ſibi.

Martialis lib. 5. 117.

Sleidanus lib. 9 Autor eſt, Papam Clementem VII diuturno ſtomachi vitio ſublatum, quum victus rationem ſuaſore Medico Curtio mutaſſet,

jam ſenex. Sed quid multa in re quæ cottidianis confirmatur exemplis? videmus eos qui pharmacis purgantibus ſæpius utuntur majori ac vehementiori medicamenti ſtimulo indigere quum à mitioribus, quibus antea irritabantur, minimam deinde commotionem perſentiant; experimentoque confeſto comperimus, frequenti clyſteriorum uſum alvum ſui immemorem quaſi ſtupeſcere, nec aliis cedere præſidiis, ùt Albano duci evenit, cui ſine enemate non reſpondebat alvus, nam ſui quaſi oblita natura totum ſe medicinæ familiari concrediderat. Plura de aſſuetudinis robore qui volet, legat quæ de Thraſia & Eudemo Chio memoriæ reliquit Theophraſtus libro nono de hiſtoria plantarum capite decimo octavo.

Heurn. in meth. ad prax. lib. 3. c. 19.

Cephalææ medela à plethora.

Sed ad virtutes Tabaci redeamus. In Cephalæa à plethora medicamentoſius nihil quàm foliorum ſuccus aqua vitæ dilutus naribus attractus; aut fumus per trajectorium ore exceptus, vel arida folia maſticata. Confert etiam ſtrepton ex foliis ſiccis naribus indendum; id mire caput allevat. ſuccus quoque naribus ſorbeatur. Sed ab his metus ſit ſi lue venerea tacta fuerit materia morbifica, hoc enim non eſſet remedium indere

Cautio.

sed

ſed naſum potius abſcindere & oculis pericula intentare. idcirco in oculis labefactatis pax ſit ab errhinis. Sequitur

Elixir phlegmagogon è capite per modum apophlegmatiſmi. *Elixir phlegmagogon è capite.*

℞. Magiſt. magnet.
ſuccini ana ℈j
hæmat.
Extract. Euphorbij. ana gr. v.
Succi Nicotianæ ʒij
Hellebori ʒs
Aquæ majoran. ℥iiij.

digerantur vaſe clauſo dum uniantur. indies agitentur. in uſu guttæ ſex ore detineantur.

Refert Monardes vidiſſe ſe quendam acerbo capitis dolore defunctum, multis fruſtrà medicamentis adhibitis, cui quum Tabaci ſuccum naribus præbuiſset excipiendum, innumeros vermiculos delabente mucco permiſtos excuſſiſſe. Idem & ſibi obtigiſſe Renealmus teſtatur. *Vermes è capite pulſi.*

In Sternutationem nihil promptius quam Nicotianæ pulvis naribus inflatus. Valde ſternutamentum (ut hoc obiter addamus) capiti confert vaporibus repleto, craſſas muccagines exhauriendo ex primis ventriculi cerebris, & craſſorum ex- *Sternutamentum promovet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Not. pectorationem promovendo. Sed non temere ſunt cienda ſternutamenta, nec antequam evacuaris, & non priusquam mitificationi ſtudium ſuum natura dederit, maxime in cerebri ſymptomatis catharroïcis & cataphoricis. Sunt etiam qui in hoc caſu Nicotianæ pulveri alia aromata, ut roriſmarini, caryophyllorum, majoranæ, aut ſalviæ pulverem admiſcent.

Quæſtio. Part. negat. argument.

Sed abſq; difficultate heic præteriri non poteſt; quæ eſt: Utrum ſternutamentum capiti incutiat nocumentum? Pro negativa parte argumentum eſt. Si ſternutatio caput læderet ob violentam & agitantem concuſſionem id efficeret. Atqui hac ratione haut quaquam poteſt nocere capiti. ergo adſertum eſt contrarium. Probatur Minor. *Sternutamentum motus eſt ad expulſionem eorum quæ caput moleſtant*, ut docet Galen. 5. de locis affect. & 2. de Symptomat cauſſ. cap. 4, 5 & 7 Aphoriſm. comment. 51. Quum enim natura omnibus & ſingulis partibus ſenſum indiderit ad noxia percipienda, & facultatem ad eadem excutienda; eæ quæ contractioni aptæ ſunt ſe contrahendo contriſtantia & moleſtantia expellunt, & excutiunt, ut in rigore contingit, in quo omnia membra

Sternutamentum quid.

Expulſiones recrementorum quomodo fiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

bra ſentientia ad humorem projiciendum, ſeſe affatim contrahentia totius corporis tremorem efficiunt. at vero ad eas corporis partes quæ ob ſui duritiem contrahi conſtringique nequeunt, cujusmodi aſperarum pulmonis arteriarum bronchia, & capitis canales, per quas cerebrum repurgatur, alium expurgationis modum mirabilem Natura machinata eſt, validam ſcilicet confertimque factam aëris emiſſionem, qua is egrediens moleſtantem humorem ſecum deportaret. Fit aëris hæc emiſſio ſternutamento. atqui ſternutamentum quamvis violenter concutiens, morbis etiam acutiſſimis, in quibus caput aut per eſſentiam aut per conſenſum læditur, eſt perutile, ut Hippocrates Galenusque docent 2. prognoſt 49. atque, ut ipſe Galenus ait loco præcitato, pulmonis expurgationem ſummopere juvat. Ergo ſternutatio tantum eſt ut cerebrum lædat, ut eius potius repurgationem utiliter promoveat.

Pars altera. Sed pro altera parte eſt Ægineta lib. 1 cap. 46, edocens; Sternutamentum in humoribus crudis circa caput contentis nihil conducere.

Deciſio diffic. Huic difficultati reſpondetur. Sternutamen-

 ta mor-

ta morbis qui thoracis aut pulmonis non ſunt, valde prodeſſe exonerando caput, & bonum quiddam oſtendere, quatenus virtutis robur præ ſe ferant, licet non ſemper ſint utilia, ſed tunc tantummodo quum morbus majori cauſſæ committentis parte vacuata jam declinaverit, ùt monuit Paulus loco citato. Alijs enim temporibus quum adhuc corpus humoribus repletum eſt, non parum periculi ex eorundem humorum commotione, & ad caput tractione, ſternutantibus impendet. at vero debito tempore excitata non ſolum caput levant, ſed etiam pulmonis ipſius repurgationem promovent, eo modo quem ipſe docet Galenus cap. 5. lib. 2. de ſymptom. cauſſ. ubi inter alia inquit; *Sternutationes (ſi tamen ex catharro non fiant) maximum remedium capitis habitu repletis ſunt.* Sed ad vires Peti pergamus.

Faciei ruborem caſtigans.

Oleum Tabaci inlitum faciei ruborem caſtigat. idipſum facit & ipſa herba in vino oligophoro cocta, & inter duo tenuia linteola interbaſtata impoſita. Succus & ſpiſſamẽtum idem præſtant, quibus addatur unguenti quid roſacei rhodoſtagmate mixti. prius tamen purgetur patiens pillulis capitalibus, ut Aureis, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Ipſa herba in vino cocta malignas Tineas feliciter ſanat, ſed purgata prius bile illa melancholeſcente ne novus materiæ ſynathriſmus fiat. Oleum eius idem præſtat, ut & aqua, quæ ſingulari in hoc caſu eſt remedio, etiam ipſa herba trita & impoſita. Quod ſi ſanies effluxerit, uſu erit quod recipit

Tineas ſanans.

Empl.

Ceruſæ ℥ſs.
Auripigmenti ℥j
Terræ cimoliæ putrefactæ
& exſiccatæ,
Maſtichis, ana ℥ij

redigantur omnia in pulverem tenuiſſimum: cribellato adde

Succi Tabaci ℔ſs.
Olei eiuſdem ℥ij,
Ceræ,
Terebinth. ana ℥ſs.

fiat unguentum ſ. a. quo ungatur caput quod prius lixivio ex Tabaci ſarmentis facto abluatur.

Terræ Cimoliæ putrefactæ & exſiccatæ.] *Cimoliam vel fullonum terram (noſtris* **Volders-aerde / Waſch-aerde**) *ollæ indito vitreato, & triplum aut amplius etiam aquæ inde, tunc ad ignem adhibe, nihilque omnino movendo coque.*

aqua

aqua ubi peſſum iverit, humor leviter excoletur. Solibus ſiccata iterum teratur interdiu, adjecta aqua, ut veſpere conſidat. Antelucanis colo excernatur, & demum in ſole, ſi fieri poteſt, trita digeratur in paſtillos.

Hiſtoria. Huc referendum exemplum quod citat Aegidius Everhardus ex Monard. Matrona quæ curam gerebat filiæ cujusdam equitis Hiſpalenſis non immemor quæ ſæpius de Tabaco multis audientibus prædicaveram, puellam ſuæ fidei ac cuſtodiæ concreditam (cui caput veluti tinea quadam impetiginoſa fœdum erat, cuique Ego & alij non parvam curam fruſtra adhibueramus) Nicotiana à Me petita curare adgreſſa eſt. nec operam luſit. Nam quum ſcabiem Nicotianæ folijs aſpere adeo perfricuiſſet, ut præ dolore aliquotiens eodem die puella animo linqueretur; poſtridie nihil eius dolores aut clamores morata eandem curationem repetiit, donec decidentibus paullatim ſquammis puella ſanata ſit. quanquam dum adverteret ſquammas decidere, paullo mitius caput eius fricuerit.

Ad Lichenes. Ad lichenes quoque ſuccus cum ſpiſſamentis valde eſt efficax.

Capitis pediculos enecans. Eundem ſuccum miſce cum ſemine ſtaphidis

agriæ,

agriæ, ac adipe ſuillo excipe, unge caput, ac omnes inde pediculos exterminabis.

Elegans eſt etiam hoc

℞. Cocul. Indiæ
Seminis Nicotianæ
Staphidis agr. ana ℥j.
tuſa reponantur in ſacculum qui inducatur capiti.

In Phthyriaſi etiam commendatur ſemen ſtaphidis agriæ coctum ex aqua cum folijs Nicotianæ. etiam hoc, quod accipit *Phthyriaſin curans.*

Seminis ſtaphidis agriæ ℥j *Empl. ad morbum pedicularem.*
Argenti vivi exſtincti cum ſaliva ʒ j,
Olei Tabacini ℥iij
Ceræ parum.
miſce ſ. a.

Argenti vivi exſtincti cum ſaliva] *Extinguitur ſeu incorporatur argentum vivum hoc modo. Accipe argenti vivi q. v. & mortario metallico impone, diutiſsimeque cum piſtillo ferreo agita cum pauca hominis jejuni temperati ſaliva, vel pauca axungia porcina (ſi malis) aut oleo aliquo pro libitu, donec nullæ appareant ſcintillæ. ſicque exſtinctum vel diſſolutum commiſcere poteris quum refrigeratum fuerit unguentum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

etiam exploratiſſimum eſt hoc. Coculos Indiæ vel piſcatorios accipe, hos miſce cum ſucco Nicotianæ & ſuillo adipe excipe.

Porriginis medela.

Porrigini (quæ & Furfuratio & πιτυρίασις dicitur) quum à toto corpore curſum ſuum in caput flectit ichoroſus ſuccus, medicina fiat ejusmodi. Lavetur caput decocto Nicotianæ herbæ, rad. oxylapath. florum melilet: furfurum linamento exceptorum. Loto ſiccatoque ſpongia capiti adfricetur aqua Nicotianæ in qua ſalis ejusdem particula diſſoluta fuerit. vel ungatur oleo amygdalino, & ovorum ſucco, Nicotianæ miſtis, aut fiat inlitus ex unguine Tabacino cum oleo in quo folia ejus ſunt inſolata, abluto prius capite decocto ejusdem.

Achores curans & purgans. item Favum.

Curantur Achores ſucco Peti; & Favus eidem remedio cedit, ſed purgatis prius ſuccis illis ſalſis & nitroſis humoribusque hunc fœtum alentibus. Nobilis Heurnius accipit.

Olei hypericon.
junipeγini, vel
de lateribus ana ℥iij.

hiſce diu immacerat rancidas nuces contuſas, & ſemen Nicotianæ, myrrham, ſulphur, fuliginem furni, argentum vivum, lythargyrum,

rum, & dum abſtergendum interdum quid æruginis?

Sal Tabacinum in dentibus dealbandis miræ potentiæ eſt. Et quoniam ſæpius ſalis Peti in hoc libello fit mentio, eius conficiendi modos aliquot hic ponemus. *Dentes dealbans.*

Collige Nicotianam cœlo ſudo, exure in foco ab omni ſorde ſcopis repurgato (alij prius inſolant: poterit etiam in umbra deſiccari) Modus uſtionis eſt, quousque herba ambuſta in quodam veluti pane cohæreat. quod ſi ultra progrediaris, urendo, ad incinerationem usque majorem Salis menſuram conſequeris. poſtea in fictili aquam huic pani vel cineri claram limpidamque ſuperfunde, & igni, ut aliquot horas efferueſcat, admove. demum effunde in aliud vas, uti reſideat, relictis fæcibus. tandem per pannum lineum tranſige; & quod transactum erit igni redde paucorum carbonum, quo exhalet aqua. Sal in fundo philoſophorum ſubſideat. *Salis ex Tabaco extrahendi primus modus.*

Alius modus. Nicotianam ſiccam combure. cineribus aquam adfunde, coque ſpacio ſeſquihoræ. qua effuſa novam aquam iterum infer: idque totiens dum ſaporem aqua exuit. *Secundus modus.*

Hinc aquam per cilicium depura, vel vaſe inclinato effluat, & lento igne exhauriatur.

Tertius modus. Alius modus. Herbam Peti ante, ut diximus, ſiccatam in fictili operculo ſuo clauſam pone exure longo aut valido igne donec in cinerem albiſſimum redigatur. hic enim color perfectæ calcinationis ſignum eſt. Poſtea in aqua pluvia fac in vaſe vitreato efferveſcat cinerum pleno locato, cinerum (inquam) cribatorum. Bulliat igitur usque ad conſumptionem quartæ partis aquæ. Subſidat deinde aliquo tempore, effundatur in aliud vas vitreum amplum formæ concavæ, in quod immittas linguas filtri novi purique, per quas (ratione vacui non dabilis) aſcendet Aqua clara, ſalſa, deſcendetque in alia vaſa recipientia. Ubi ceſſaverit filtratio, evapora illam igne ſuavi in vaſe vitreo; & Sal reſtabit in fundo clarum ſincerumque.

Quartus modus. Alius modus. Collige Petum, tere viride, deſtilla aquam per alembicum; calcina fæces vaſe clauſo igne mediocri, quousque in cinerem ſiccum vertantur; ſitque ignis cautio ne materia privetur propria & radicali humiditate, quæ non poſſet amplius niſi vitrificatoriam dare fuſionem. Aquam redde ſuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

materiæ. inhuma in fimo vel balneo dies aliquot. effunde ut ſupra. cave ne fæces turbentur. deinde filtra. poſtremo evapora filtrationem.

Nos ex cineribus quibus aqua eſt extracta; ex relictis item unguenti Tabacini fæcibus, ſalem extrahimus.

Chryſtallini quoque lapides ex hac planta eliciuntur, eiuſdem cum ſale poteſtatis. Tabacum tuſum in cucurbita vitrea digere per dies quindecim in fimo. Deſtilla, ut cineres ſiccentur in fundo. Tuſis his adfunde aquam deſtillatim ad digitos quatuor. macera in balneo per dies octo. deſtillando ignem per gradus quousque nulli prodeant ſpiritus. ex diſtillato ſepara phlegma. Cinerem relictum calcina lento igne per dies aliquot. Calcem imbibe phlegmate quod abſtraxeras. Putrefac in balneo. *Lapilli cryſtallini ex Tabaco.*

In ſuffuſione oculorum elegans remedium eſt, ſi (purgato prius humore peccante) fumum Peti ſæpius accipiat oculus æger, & ſanus interim, (ne in eum irruat materia) claudatur; oculusque frequenter œſypo madente ab aqua ejus tepida abſtergatur. *Oculorum ſuffuſiones expurgans.*

Succus cum pauco melle oculis inditus ad eorum

Oculorum cicatrices extenuans.

rum cicatrices, quæ plerumque ulcera ſequi ſolent, præclare facit, addendo aliquid myrrhæ vel ſacchari chryſtallini. Idem facit Aqua ejus ſtillatitia, quæ & in diſcutiendis oculorum maculis mirifice valet, ſi ſæpius ea abluantur; ſed guttatim fovendus oculus.

Oculorum maculæ.

Rhyas.

Oculorum fluxus curans.

Rhyas quoque curatur pulvere Tabaci ſucco carunculæ adpoſito. In oculorum etiam epiphoris (quos Celſus pituitæ curſum ſeu impetum, vulgus autem medicorum Lacrumam vocat) ſingulare remedium eſt herbæ ſiccatæ in nares attractio, & fumi ejus per cannulam exceptio: plures novimus qui ex adſiduo pituitæ fluxu ἐπιφορὰν incurrerant, priſtino oculorum ſplendori hoc remedio fuiſſe reſtitutos, multorum anteremediis, ſed fruſtra uſurpatis, quum conclamatæ ferme viſionis eſſent.

Viſus aciē reſtaurans.

Succus ſi cottidie mane cochlearis menſura ſumatur per ſe, aut cum vino, caligines delet, & viſus aciem reſtituit in quocunque, cujusvis ætatis homine ubi pituita redundat. Quoſdam prope decrepitos ſenes quorum membranæ oculares inarefactæ nullum lumen recipiebant uſu Tabaci ex conſilio noſtro inito viſum recuperaſſe novimus. ſed fuerunt hi ſenes robuſtiſſimi. debilibus

bilibus enim ſenibus Nicotianæ fumum plane interdicimus; aridi enim plærique ſunt & longa die illorum humidum quod ad viſum non ſolum, ſed & ad vitam à Natura inditum fuerat, exſpiravit, ut & Galenus docet & late probat libro de marcore cap. 3. taxans eos qui humidos adſerebant, idemque docet 3 de cauſſ. ſymptom. c. 3. & 1. de ſanit. tuend. c. 5. ideo etiam corpora ſicca (qualia ſenum plerumque ſunt) ſimile cerebrum ut plurimum obtinent, leviſſimaque habent capita, & excrementorum moderatos effluxus, ut idem Galenus docet, lib. art. med. cap. 20. Ac proinde debilibus ſenibus Tabaci fumus plane non eſt præſcribendus. *Tabaci fumus ſenibus interdictus, & cur.*

Succi Tabaci vel olei guttulæ tres vel quatuor tepide ſupino auribus inſtillatæ veſperi ſomni tempore, ſurditati (ſi à materia frigida ſit) maxime conveniunt. fumus etiam eodem in caſu metrenchyta auribus excipiatur, quas poſtea bombace obtura. *Surditatis remed.*

In dolore Aurium à flatu aut à craſſo lentoque humore, materia craſſa, pituitoſa, digeratur Syrupo Tabacino. particulariter autem è capite per ſternutatorium vel caputpurgium è cineribus Peti evacuetur. *Aurium dolor.*

Quod

Aurium ulcus.

Quod ſi Aures ulcere ſint obſeſſæ, accipe
Succi Nicotianæ ℥ j
Tutiæ ʒ j
inſtilla tepide.

Aurium tinnitus.

In tinnitu vero Aurium commendatur quod recipit
Succi Nicotianæ
polygani ana ℥ s
Tutiæ ʒ j
inde auribus.

Aurium vermes.

Si vero vermes Auribus irrepſerit
℞. Sulphuris
Talcis, ana ʒ j
Succi Nicotianæ q. ſ. ut fiant trochiſci, horum unus ſolvatur aqua Peti & imittatur auribus.

Narium odorem fœdum corrigens.

Fœtori narium ob ulcera inveterata & pariter corroſiva confert idem ſuccus lana vel xylino exceptus & immiſſus.

Polypum curans.

Si Polypus nares infeſtaverit, Nicotianam leviter tritam malo adponito, naribusque fumum haurito. triduo quatriduove polypus excidet, & ubi exciderit, dies tamen aliquot continuato, donec radices ejus ſint perſanatæ. Feliciſſimus practicus Felix Platerus fumum ſolummodo Peti affecta

affecta polypo nare excipere jubet. Hiſtoriam adfert doctiſſimus Monardes. Quendam, inquit, novi narium ulcere laborantem, è quo ſanies manabat non ſine contagij ſuſpicione. Meo conſilio inſtillavit foliorum Tabaci ſuccum: à ſecunda inſtillatione multi vermes exciderunt, deinde pauciores, & poſt aliquot dies ſanatum eſt ulcus: ſed quæ eroſa erant non reſtituta. *Hiſtoria.*

In Lethargo præparetur materia (ſi præparari poteſt) cum Syrupo Tabacino, de Betonica, & Stœchade cum aquis vel decoctis eorum: & euacuetur caput ſternutatorio ex Peti pulvere; hoc enim hoc in malo ſanitatem præclare promovet: verum id continuo faciendum non eſt, quippe vires laborant, & adhuc magis caput repletur. Errhinum fiat ex foliis Nicotianæ ſiccatis, naribus folij parte indita. Apophlegmatiſmi quoq;, quoniam heic locum pręcipue habent, remedio erunt non inutili. maſticetur ipſa herba, aut involuta linteolo manducetur, vel in pulverem verſa convenienti aliquo liquore excipiatur, ac in trochiſcos redigatur; vel ſolus Tabaci ſuccus hic proderit. hi capitis muccacines parant. Quod ſi diuturnũ malum, ad dropacem ſurgendũ, pręclare enim *Lethargum præparantia & purgantia.*

M mate-

materiam reſolvit, & ſopitam Naturæ vim exſtimulat: fiat Emplaſtrum ex pice, Tabaci pulvere, & Euphorbio ſ. a. extendatur in ovilla pelle. anne etiam ſuffitus Tabaci hos excitaret?

Lethargum præparantia & purgantia.

Experientiſsimus Heurnius Lethargicis præſcribit Thuris ℥ s.
Theriacæ ℥ j.
Bacc. laur. ℥ s.
Fol. Nicotian. p j.
Sulphuris parum,
Aquæ vitæ cochlear

Coque in ℔ ij aceti. calidum impone capiti.

Vertiginis curatio.

Vertiginis malum ſi à pituita capite congeſta & flatu obortum fuerit, curetur ſternutamento ex Tabaci pulvere; hoc naturæ vim exſtimulat, vapores evacuat ac reprimit, materiamque pituitoſam incidit & attenuat. A ſtomacho pituita lenta referto ſi obvenerit, paretur cum Serapio Tabacino, & inlinatur ventriculi regio oleo eius. Si in ipſo capite halitus procreetur qui ſinus infarcit, errhinis & apophlegmatiſmis ex eiuſdem foliis incumbendum; vel fiat maſticatorium ex eiſdem. Si caputpurgium velis ex diverſis concinnatum,

Caput purgium in Vertigine.

℞. fol. betonicæ

ſalviæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ſalviæ
majoranæ
Nicotianæ ana Mj.
rad. iridis ℥ s.
terantur omnia ſimul, ſuperfundendo deinde vini alb. ℥ iiij. exprimatur ſuccus, & fiat caputpurgium.

Si pillulas malis, *Catapotia in vertigine.*

℞. Specier. hieræ picr.
Diambræ
Diagalang.
Diamargar. frigid. ana ʒ s.
Seminis Nicotianæ
agni caſti ana ʒ j.
cum loch rad. cichorei fiant catapotia parva. Vtatur quatuordecendio continuo ſumendo poſt auroram pill. iij. vel has,

℞. Pill. hieræ picræ Gal.
aggregat.
Agarici trochiſcat ana ℈ j
Syrupi Tabacini q. ſ.
fiant pillulæ,

ſumat quum à ventriculo vapores mobilis cerebri ſpiritus turbant.

Singulari etiam remedio eſt adverſus oris *Stomacacen emendans.*

affectum quem noſtri **Scheur-buyck**/ dicunt, ſi frequenti collutione abluatur aqua Nicotianæ ſtillatitia; quod experientia frequens comprobavit.

Pillulæ ad Stomacen. Doctiſſimus D. Pavvius p. m. præſcribebat pillulas quæ capiunt

Caſtorei ſubtiliſſime pulverizat. ʒ iij
Theriacæ opt. q. ſ. ad incorporandum;
fiat maſſa quę malaxetur Syrupo Tabacino:
forma catapotia parva ex ſing. ʒ j. N XII:
ſumat pill. unam mane jejuno ſtomacho.

Tonſillarũ ulcerum curatio. Ad Tonſillarum ulcera optime facit ſuccus aqua mellis meraciore dilutus, quibus caninum ſtercus miſce cum cineribus ex nido hirundinis.

Aphthas ſanans. In oris ulcuſculis, quæ Aphthas vel Lactucimina vocamus, inſigni remedio erit, ſi ſuccus cum melle decoquatur aut ſaccharo, decoctoque os ſępius colluatur. Vel hoc quod habet

Aluminis uſti
Thuris ana ʒ j.
balauſtior.
gallar. ana ʒ ij
Syrupi Nicotianæ q. ſ.

Ad gingivarum ulcera. Gingivæ ſi ulcere occupentur maligno id rhodoſtagmate & ſucco granatorum abluatur, vel Peti.

ſicca deinde cum pulvere Nicotianæ: quod ſi malignitas adfuerit, adde quid aluminis: ſi vero malignæ & exulceratæ partes in putredinem abeant, inſignis eſt ſuccus Nicotianæ & pimpinellæ cum ſaccharo aut melle. Si fiſtulam fecit arroſio abluatur decocto Nicotianæ & aluminis. A materia frigida ſi Gingiva dolet, detineatur in ore acetum in quo Peti folia decocta ſint; vel eius pulvere aqua vitæ ſubacto Gingiva infricetur. Quod ſi ulcus adſit malignum adhibeatur aqua Tabaci cum decocto roſarum: poſtea Peti pulvis inſpergatur.

Gingivæ fiſtula.

Gingivæ dolorem placans; & ulcera ejusdem emendans.

Succus pondere duarum unciarum interpolatis vicibus ſumptus, vehementer ſupra atque infra aquam atque pituitam purgat: ideoque Epilepticos ſanat ſi malum antiquatum non fuerit. quod experientia Nobis in pluribus compertum atteſtamur.

Epilepticis ſuccus conveniens.

Folia ſub cinere fervido calefacta regionique ventriculi admota, quotiens opus fuerit repetendo, crapulam nimiamque repletionem arcent. Eadem ratio eſt pulveris foliorum exſiccatorum, ſi, quantum indice & pollice comprehenderis, cochleari uno aut altero aquæ vitæ, antequam lectum ingrediaris, admiſceas.

Crapulam arcens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Faucium ulceribus mederi.

Gurgulio, palatum, aut alia faucium pars carie aut ulcere ſi occupata vel ſuppurata, colluatur gargariſmate quod recipit.

Syrupi Nicoſianæ ℥ij
Diamor.
Syr. roſar. ana ℥j.

Uſu eſt etiam compertum quod ſequitur,

℞. Aquæ Peti ℔ j
Solani ℔ s.
Sublimat. ℥ ij.

bulliant in vaſe vitreo donec diſſolutum ſit ſublimatum. deinde ab igne ſemoto vaſe permittendum refrigerari ac fæces ſubſidere. Defæcata aqua ſervetur uſioni.

Ranulæ cura.

Ranula quæ à pituita eſt, aperiatur ſcalpello utrinque in parte dextra & ſiniſtra, quo humor (ovi albumini non abſimilis) exeat. Fricetur poſtea Sale Tabacino & gallis immaturis, cumque ovi albumine pulvis Nicotianæ in linimenti formam redigatur, & obducatur Ranula. expuat poſtea æger & cum decocto foliorum Tabaci os ſæpe colluat, vel fumum ſorbeat.

Dentium dolori remedium.

Cum aceto decocta dentique dolenti adplicata fidum eſt in odontalgia remedium. pituitam enim ſolvit eiuſque ſobolem, nempe dolorem,

rem, placat. Commode etiam utimur ſolo Tabaci fumo auribus inſufflato, quas bombace poſtea obturamus. Huc referendum quod de Tabaci in hoc adfectu viribus refert doctiſſimus Heurnius in ſua ad praxin methodo: verba heic ponam. Quum ante annum vehementer ex dente laborarem Nicotianam ex aqua decoxi adjectis chamæmeli floribus, tepidi huius decocti cochlear ore tenebam, exſpuebam, ac idem agebam horis duabus. dolor miteſcebat. poſtridie quum ex more meo hortulum in ſuburbanis acceſſiſſem, inclinatoque capite graminis quid evellerem, liquor croci flavedinem referens copioſe è naribus meis effluxit Nicotianæ odorem referens, ac omnis dentium dolor evanuit. *Hiſtoria.*

Philippus quoque Mullerus in myſterijs ſuis medicis præſcribit aquam ad dentium dolorem, quæ accipit *Aqua ad dentium dolorem.*

Philon. Roman.
Cort. rad. papav.
Rad. pyrethr.
Fol. Nicotianæ
Piperis long.
Sem. hyoſcyam. ana ʒ iij
Opij Thebaic. ʒ s.

mace-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

macerentur omnia ſpacio 24 horar. in ℔ j s. ſpiritus: vini deinde per B. deſtilla, & aqua teneatur in ore.

Ad brancocelen. In Brancocele, (qui tumor eſt in faucibus oriens cum dolore capitis) optime confert gargariſmus qui recipit

Rad. pyrethr. ℥ j
Succi perſicariæ, vel
prunellæ ℥ j
Nicotianæ ℥ ij
Oxymell. ſquillitic. ad pondus omnium.
commiſceantur.

Vel. ℞. liquoris mumiæ ʒ j
Succi Tabaci ʒ j
aceti communis ℥ iiij
fiat mixtura.

Liquoris Mumiæ] *de confectione liquoris Mumiæ lege Quercetani pharmacopœam dogmaticor. reſtitut. de Chym. operat. cap. 25.*

Ad Aſthma. In Aſthmate Syrupi Nicotianæ unciæ adde liquiritiæ pulverizatæ ſcriptulum: vel ſumat æger cottidie ſemidrachmam pulveris pulmonis vulpis cum Syrupo Peti & pauco methridatico. his enim opus eſt ut pulmo robur ducat. attenuant hæc aperiunt & flatus diſcutiunt.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

In craſſa quoque materia magno ſunt ſolatio errhina ex ſucco Nicotianæ. Proba etiam eſt potio theriacæ ex aqua Nicotianæ deſtillata.

Celeberrimi nominis ac recolendæ memoriæ doctiſſimus practicus Iohannes Heurnius præſcribit Syrupum ad Aſthma protherapeuticon quod accipit *Aſthmatis curatio præſervativa.*

Nicotianæ ſiccæ M iiij
Hyſſop.
Calamenth.
Praſſij ana M. s.
Capill. Vener.
Scabioſ. ana M. j.
Ficuum ſicc.
Dactyl. pingv. ana N. x.
Fœnugr.
Rad. apij, &
fœnicul ana ℥ s.
Sem. aniſi,
fœnicul.
urtic. ana ℥ s
Rad. ireos ʒ ij
glycyrrh. ʒ x

coquantur in ℔ iiij aquæ usque ad tertiam, & adjecto melle & ſaccharo fiat Syrupus. Sumat

bis die, mane & veſperi cochlearia duo aut tria.

Alium è Tabaco Syrupum præſcribit doctiſſimus Augenius:

Syrup. Peti.

℞. decoct. fol. Peti,
Sacchari fini ana ℔ j s.

fiat Syrupus optime coctus, de quo exhibeatur lambendo cum mulſa diluta facta ex decoctione hordei, ſumendo uncias duas huius Syrupi & quatuor mulſæ.

Alia Syrupi compoſ.

Alius Syrupus magis expectorans;

℞. rad. helenij
polypod. querc. macerat. in vino albo, dulci, horis duodecim, ℥ ij
paſſular. Corinthiacar. ℥ s.
Sebeſten N xv.
farfar.
pulmonar.
fol. ſatureg.
Calamenth. ana M j.
folium unum magnum Tabaci,
liquirit. raſ. ʒ ij
ſem. urtic.
bombac. ana ʒ j s.

coquantur in mulſa. Utitor hoc addendo Oleo ſulphuris hac portione.

℞. Syr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

℞. Syr. præſcript. ℥ iiij
Ol. ſulph. arte chym. extract. ʒ j.
miſce pro Eclegmate.

Olei ſulphuris] *id fit per artem. Sulphur vivum pulveratum immiſcetur pani ſemicocto è furno extracto, reponiturque donec perfecte coquatur; poſtea exprimitur torculari. exit ſuccus rubicundus. Vel fac lixivium forte ex calce, ut ovum innatet. coque ex eo ſulphur. pinguedinem abſtrahe.*

Commendatur etiam ſummopere ab aliquibus ſolus pulvis Nicotianæ drachmæ pondere cum decocto aliquo pectorali per dies plures exhibitus. *Pulveris Peti uſus in Aſthmate.*

Sequitur alius *S*yrupus è Peto compoſitus. *Alia Syrupi compoſitio.*

℞. *S*ucci Peti depurati ℔ ij. s.
Hydromelitis ſimpl. ℔ j.

in quibus macera per duos tresve dies ad ignem in B. M.

Fol. Hyſſop.
Polytrich.
Adiant.
Flor. Tuſſilag.
*S*tœchados,
Violarum,

 bugloſſ.

bugloſſ. ana p ij.
Sem. bombac.
urticæ
card. bened. ana ℥ j
Fol. Senæ ℥ iij
Agarici recent. trochiſcat. ℥ j
Cinnamomi,
Macis,
Caryophillor. ana ʒ j

deinde fortiter exprimantur digerantur denuo ad perfectam fæcum depurationem in ℔ j s. Colaturæ adde Sacchari ℔ j s. coque in Syrupum. Doſis ℥ j s. vel ℥ ij ad ſummum.

Vinum in cura Aſthmatis ſelect.

Vinum quoque pro ſanando Aſthmate ab Horatio Augenio viro probatiſſimo quo pater eius felici cum ſucceſſu ſemper uſus eſt, heic adducitur. Habet

Vini melicrati ℔ x,
Pulveris fol. Tabaci exſicc. ℥ j s.
Rad. polypod. minutiſſ. conciſ. ℥ iij
helenij remoto meditullio ℥ iiij

macerentur hor. 8. poſtea colentur per manicam Hipp. vocatam. conſervetur in loco frigido. Dantur ℥ vj pro vice ſingulis diebus horis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

horis ante prandium quinque. poterit etiam ante lecti introitum exhiberi.

Aliud è Peto ſimplex Syrupum Quercetani. *Alius Syrupus.*

℞. Succi Tabaci ℔ iiij.
Hydromel. ſimpl ℔ j
Oxymelit. ſimpl. ℥ iiij.

omnibus ſimul mixtis in matracio vitreo capaci fiat digeſtio in B. M. per 2 vel 3 dies, interea temporis craſſior ſedimenti portio in fundo vaſis apparebit: tunc per inclinationem magna induſtria, ne turbida fiat materia, ſeparabis purum ab impuro, hoc eſt, craſſum illud ſedimentum à claro & pellucido liquore. quo iterum in nova digeſtione poſito, in cæteris progredieris ut ſupra, donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit. adde poſtea Sacchari ℔ ij, & in Syrupi conſiſtentiam decoque.

Nota. *Succus Tabaci opus habet perexquiſita & ingenioſa digeſtione, qua ſola fere omnium rerum correctiones, dulcorationes, & contemperationes perficiuntur, ac omnes acres, malignæ, ac venenatæ, qualitates ſecernuntur ac tolluntur. Cujus rei evidens habemus teſtimonium in Helleboro, Tithymale, & Eſula minori,* *Cautio.*

in quibus per hanc ſolam rationem varia ac celeberrima concinnantur remedia. Hoc inſuper in Tabaci ſucco manifeſte evincitur, qui licet potens ſit in provocando vomitu, & in corpore tam ſuperne quam inferne perturbando; digeſtionis tamen interventu in Syrupum abit præſtantiſsimum adverſus omnes affectus Aſthmaticos, in quibus pulmonum bronchia pituita craſſa ac viſcida adeo infarciuntur materia, ut intercepta reſpiratione ſuffocationis periculum immineat. In quo caſu Syrupus hic Tabacinus rite præparatus & adminiſtratus mira præſtat. Cerebrum inſuper à catharris (ut diximus) ſive fluxionibus ſeroſis ac frigidis liberat.

Doſis Sirupi. *Doſis ejus eſt dimidium cochleare tantum; ubi tamen à principio ſumma opus eſt circumſpectione; poſtea vero doſis augenda erit. Præterquam quod pectus mirifice evacuat per ἀνακάθαρσιν per inferiora quoque potenter educit.*

Syrupus Tabaci officinarũ. Alius Syrupus officinis vulgaris.

℞. Succi Tabacini depurati ℔ iij
Sacchari clarificati ℔ j s.
decoquantur in Syrupum.

Nota. *In Syruporum compoſitionibus hæc notes circa vaſa. Nunquam ſucci in vaſe æreo, ſtanneo, aut ex*

orichalco

orichalco confecto pro biduana reſidentia adſervari, ſed vel in lapideo, aut ſaltem teſtaceo vitreato; alioquin ſtatim æruginem ſapiunt noxamque ingentem contrahunt.

Ceratum etiam pectori admoveri poterit, quod humoris intus contenti multitudinem minuat, frigiditatem attemperet, craſſitiem tenuet, & cruditatem devincat; cujusmodi eſt quod *Ceratum pro Aſthmaticis.*

℞. Empl. fil. Zachariæ.
de melitot. ana ℥ j s.
diachyl. ℥ s.
ol. de capparib.
nardin.
amygdal. dulc. ana ʒ vj.
pulveris Nicotianæ ʒ iij.
ceræ q. ſ.
fiat ceratum ſ.a. quod

extendatur in linteo crudo magnitudinis debitę; adplicetur toti pectoris regioni.

Aſthmaticis etiam opitulatur Aqua Nicotianæ cum Aqua Euphraſiæ cottidie jejuno ſtomacho pota, ut expertus eſt Dn. Iarnacus Rupellæ gubernator (quem Nicotius habebat regis Catholici conſiliorum ac negotiorum conſcium) quem in primis huius herbæ participem eſſe voluit. *Aqua Peti ad Aſthma.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

luit. Hic ergo regiis epulis una cum Legató accumbens Aſthmaticum ſe hoc modo omnino curaſſe adfirmavit.

Aegros nonnullos Aſthmate vexatos, ſcribit Monardes, ex India Occidentali aut Peruana regione redeuntes, obſervavi folia viridia mandentes, & ſuccum inde promanantem ſorbentes ad purulentas materias expellendas: qui licet inebriarentur, plurimam tamen inde utilitatem ſenſiſſe adparebat, quum ad pus, tum ad pituitam pectori inhærentem educendam.

Fumus Tabacinus Aſthmati conducit.

Fumus quoque Tabacinus per fiſtulam exceptus Aſthmati mirum confert in modum. Sed heic apoteleſma obiici poteſt, Quicquid caput replet, eius uſus in omnibus affectibus catharroſis prohibetur. Atqui Aſthma ſæpiſſime à capitis catharro proficiſcitur, vel ſi aliunde oriatur, ſaltem ex capitis gravedine & deſtillationibus ſemper augetur & incrementum ſumit. Ergo Nicotianæ fumus Aſthmaticis vitandus.

Quæſtio.

Part. negat argum.

Part. alterius argum.

Pro altera parte argumentum eſt validiſſimum. Quicquid ſcindit, attenuat, calefacit, & pectus expurgat, id Aſthmaticis magnopere confert. Hic fumus habet magnam calefaciendi, ſcindendi, & attenuandi poteſtatem, pectorisque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

riſque repurgandi vim. Ergo Aſthmaticis conenientiſſimus merito cenſeri debet.

Hæc difficultas facile amovebitur, ſi dicamus, multum intereſſe ſpectare conſiderareque tempus conſtituens paroxyſmos Aſthmaticos & intervalla eorum. Si enim anheloſus inſultus inſtat, fumus Nicotianæ eſt periculoſus, utpote caput replens, ac deſtillationes promovens. Si vero declinatio paroxyſmi exſpectetur; quando iam humor qui defluxit in pulmones præ craſſitie exſcreari nequit, neque novæ fluxionis imminentis timor ſupereſt, fumo Tabacino extenuari atque ad expectorarionem præparari debet.

Iterum infertur alia Quæſtio; Utrum Peti fumus quatenus exſiccans & abſorbens in curatione Aſthmatis ſit ſucipiendus? *Alia quæſtio.*

Pro negativa parte argumentum eſt; ſuffitus enim potenter exſiccans, qualis Tabaci eſt, Aſthmaticis nequaquam convenit, ut ex multis Hippocratis Galenique locis evidenter ſatis apparet. Ergo talis fumus, vel tale ſubfumigium in curatione Aſthmatis non eſt præſcribendum. *Part. negat. arg.*

Sed pro altera parte ſunt Meſue, & Avicenna, viri graviſſimi, prædictam ſuffumigationem *Pars altera.*

ad inveteratum Aſthma debellandum tanquam ſtrenuum remedium commendantes.

Reſponſ. Ad argumentum igitur oppoſitum dicimus; ſuffumigium iſtud licet non parvam adſtringendi vim ſortiatur, tenuiores tamen ſui partes tantùm in fumum reſolutas emittere, quibus attenuare magis & abſumere, quàm incidere conſpiciuntur. Nec obſtat eius exſiccans vis ac potentia; non enim pulmonis bronchiis humoribus adhuc refertis, eſt uſurpandum, ut diximus alibi, ſed in intervallis tantummodo quando transacta præcedentis paroxyſmi declinatione, & plurima facientis materiæ morbum parte repurgata, minima quædam ipſius portio adhæreſcens mordicus, & expectoranti naturæ non cedens, reſiccari abſumique poſtulat.

In Angina cavendum à fumo Tabaci, & quur. Venimus ad Anginam in qua cavendum à ſuffumigio Tabaci, quamvis concitato pituitæ rheumate concedi quidem poſſet, ſed non tuto: emeticus enim eſt, ut diximus ante, hoc eſt, vomificus, & vomitus ſæpe ingens diſtentione ac præfocatione peremit, inquit Cælius Aurelianus Idcirco magna cautione exhaurientia in hoc adfectu ſunt exhibenda, ſuccos enim in rheuma irritant, cavendum vero maxime ne à capite ef-

Caubio.

fluens

fluens materia fauces riget. Cumprimis ab hoc cautio ſit ubi peſtifera Angina in vitio eſt, nam illa humectam vim penitus reformidat. In principio Anginæ pituitoſæ levibus adhuc querelis adfecto ægrotante utiliter adhibetur quod accipit *Angin. pituitoſ. remed.*

Fol. Tabaci exſiccat.
Summitat. calamenth.
rubi ana M j.
Paſſular. cum arilis contuſ. ℥ j.
Dactylor. N. iiij.
Roſar. rubr.
Hordei integr. ana p j.
Baccar. myrth. ʒ j.
Liquirit. raſ. ʒ iij
fiat decoctio ad ℔ j.
Colaturæ adde
Syr. Nicotian. ℥ ij
Diamor. ℥ j
Dianuc. ʒ vj.
miſce fiat gargariſma.

quod ſi adfectus ad naturam declinaverit ſchirroſam, adjicies in fine *Synapi*, Myrrham, & ſimilia. In quo etiam caſu gargariſmatis loco poteris pulverem tenuiſſimum Tabaci, Sinapios, & *Angina ſchirrodes quid requirat medecaminis.*

piperis ana , in partem adfectam inſufflando transmittere.

Gargariſmus in Angina ſuppuratoria.

Quod ſi ſchirrus ad ſuppurationem tendat, gargariſmus fiat hunc in modum.

℞. paſſular. perpurgat. ℥ j
pulveris Nicotianæ ʒ iij.
Caricarum pinguium paria iiij.
Sem. altheæ, &
Lolij ana ʒ j
Lithoſpermat. ʒ ij
fiat decoctio in hydromel.

colaturam tepidam ad gargarizandum præbe.

Vlcera puerida Angin. expurgans Gargar.

Si vero poſt puris evacuationem putrilaginoſum quiddam & ſordidum præ ſe ferat ulcus, Gargariſma exhibeatur ſequens.

℞. Nucum cupreſſ. contuſ. par. j.
Rad. ariſtolochiæ long. ℥ j.
ireos Florent. ℥ ſ.
Fol. Nicotian.
Agrimon.
Polytrich. ana M j.
Lupin. contuſ.
Roſar. rubr.
Hordei ana p j ſ.
Myrrhæ ʒ ij.

fiat

fiat decoctio in hydromel.
ad ℔ j. Colaturæ adde
Syr. Tabacin.
de praſſio ana ℥ ij.

Quod ſi exterius reſolvere opus ſit, cape Topic. in Angina pituitoſa.
Olei Tabacini ℥ j
chamæmel. ℥ ſ.
Unguent. dialth. ℥ iij
Pulveris nidi hirund. ℥ j.
miſce.

Pulveris nidi hirundinis] *Comburendi quidem hirundines modum docet Meſue qui talis eſt. Oportet eas hirundines primo decollari, ut ſanguis earum fluat ſuper alas ipſarum: deinde pulverizetur ſuper eas ſal. mittatur poſtea in olla vitrea ſtricti orificij, cooperiatur & ſigilletur ſapientiæ luto, uſque dum adurantur, & ſervetur cinis. Hæc ex Luminari majori. Galenus quoque comburendi modum ponit. ſimiliter habet Iohannes Serapion. Poſteriores verò Medici non ſolum hirundinis cinerem ſed totum quoq; ipſius nidum cum plumis ac fimo fuſum, & in aqua vinoq; coctũ ac per ſetaceum transmiſſum in uſum traxere.*

Ad tuſſim etiam antiquam ac difficilem mire prodeſt fumus Peti per os & nares hauſtus. Sunt *Suffitus ex Peto in Tuſſi.*

 tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Difficultas. Part. negat. argum.

tamen qui adſerere non vereantur tuſſim raucedinemque hoc fumo potius cauſſari (reſiccando nimirum, ut objiciunt, & quæ in arteria eſt membranam exaſperando) quam demoliri; in medium adferentes locum Galeni lib. de cauſſ. morb. cap. 7. ubi fumum guttur exaſperare, tuſſimque excitare tradit; & inter alias huius ſymptomatis cauſſas ponit, retrementa fuliginoſa ac fumoſa ad pulmones delata, ipſiusque arteriarum cavitates offendentia, non ſecus ac fumus easdem cavitates ſubiens, difficilis & anxiæ reſpirationis irritamentum exiſtere.

Ad oppoſ. reſp.

Pro altera parte reſpondetur, tuſſim ab humoribus ut plurimum oriri pituitoſis aſperas pulmonis arterias obſtruentibus, qui quidem inciſione, attenuatione, & abſumptione indigent. Hæc autem omnia Tabaci fumum præſtare poſſe ſatis in confeſſo eſt, habet enim tenuem aliquatenus ſubſtantiam & qualitatem igneam, quum ex ſubſtantia ipſius aërea & in naturam fumi reducta generetur. unde tantum abeſſe convincitur, ut Tabaci ſuffumigium tuſſim inferre poſſit, ut potius ignea ſua ſubſtantia extenuante & abſumente qualitate illius cauſſam exterminet: Quod confirmatur ex *Avicenna* l. 3. tract. 1.

cap. 4. ubi *dicit, craſſam viſcidamque materiam veterem anheloſamque reſpirandi difficultatem producentem, alyſque remedijs non cedentem herbarum aromatumque ſuffitu poſſe demoliri.*

Vt litem hanc dirimamus, dicimus, fumum quum ex rei quæ comburitur terreſtri craſſaque parte oboriatur, aëremque inſpirandum incraſſet, naturæque terreſtris participem faciat, tuſſim ex ſe excitare; ac proinde quando huiusmodi ſymptomata multum urgent, ab omni ſuffumigiorum genere ſemper eſſe abſtinendum tanquam à promptiſſimo tuſſis ſuſcitabulo. Quando tamen tuſſiendi paroyſmus non inſtat, ſed cauſſa viſcida ac denſa in ſpacijs pulmonum contenta magis urgeat quam ipſum ſymptoma, ſuique extenuationem conſumptionemque poſtulet, tunc ſuffitibus ex ignea natura conſtantibus (qualis Tabaci eſt) non exiguam utilitatem adferri poſſe. *Deciſio diffic.*

Si viſcidum ac lentum pus in thorace contentum ſit, incoquatur Tabacum ſero lactis; hoc pus abſterget & ad exitum diſponit. idem facit & Syrupus. Doctiſſimus Heurnius ſuffitum eius cum ungula caballima, iride, thure, *Viſcida thoracis promovens.*

vel

vel ſulphure commendat. Ad eundem etiam uſum & faciliorem materierum reſolutionem, maxime ſi flatuoſum quid prætervaluerit, proderit fomentum quod accipit

Fomentum.

Flor. chamæm.
melilot.
Sem. fœnugræc.
Ficuum.
Malv. cum rad. quantum pro indigentia viſum, Rad. lilior.
altheæ ana ℥ ij.
Herbæ Tabac. M j.
abſinth.
abrotan. ana M s.
Flor. ſambuc. p j.
bulliant in vino & aqua ana.

Oxymel Tabaci.

Proderit etiam oleum Tabaci inlitum.

Oxymel pectorale è Tabaco polychreſton in thoracis, ventriculi, totiuſque corporis pravorum humorum ſuburram exhauriendo deſcribit doctiſſimus Quercetanus.

℞. Fol. Nicotian. ad ſolem exſiccat. & pulveriſator. nodulo incluſ. lineo ℥ js.
Rad. iridis ſicc. & in taleolos ſect. ℥ j.
Polypod.

liqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

liquirit.
Sem. cartham. contuſ. ana ℥ ij.
Spicæ nard.
Thym.
Epithym.
Hyſſop.
Menth. ana M j.
Sem. aniſi
Fœnicul.
Card. benedict. ana ʒ iij.
Flor. tuſſilag.
bugloſſ. ana p j.
Fol. Senæ ℥ ij.
Agaric. trochiſcat. & in nodulos incluſ. ℥ j.
Nucis moſchat.
Caryophyll.
Cinnamom. ana ʒ ij.

Contundantur & macerenter per triduum in aceti paſſulati & ſambucini ana ℔ ij. deinde coquantur, exprimantur, & clarificentur, addendo mellis optime deſpumati ℔ j s. coquantur denuo ad bonam conſiſtentiam. Vſu poſtulante præbe cochlearia aliquot per ſe, vel cum decocto aliquo pectorali.

Aliud Mel Tabacinum. ſimplex.

 ℞. Fo-

℞. Foliorum Tabaci ℥ s.
Aquæ plantagin. ℔ j s.
coquantur lento igne: colaturæ adde
Mellis optimi ℥ v j.

Phthyſicis, hydropicis, & dyſentericis confert. pituitoſos ſuccos è ventriculo ſubducit. tuſſi, deſtillationibus in fauces & gravedini utile remedium; ſed bilioſis bellum indixit.

Fumus Peti confert Phthyſicis, ut & Serapion.

Mirabilis juvamenti eſt fumus Phthyſicis hauſtus (niſi tamen malum fuerit antiquatum) ut & Syrupus eius ſimplex, putredinem enim, ut dictum, in pulmonibus exſiccat, & eorum ulcera conſolidat. Singulis diebus ſumatur in multa quantitate. Refert Clariſſimus D. Heurnius tabidos quosdam hoc ſerapio multos conſtitutos. Videtur Nobis hominibus noſtris Syrupus ex ſucco Tabaci in hiſce regionibus nati utilior quam ex maceratis ſiccis ex India allatis foliis: compertum enim Nobis eſt, talem Syrupum ex recentibus noſtratibus Nicotianæ folijs confectum quosdam à Phthyſi propemodum revocaſſe. Si Serapion velis compoſitum

Syrupus pro Phtyſicis.

℞. Carn. cancror. fluviatil.
limacum in aqua Peti coctar.
Pinearum mundat.

Piſta-

Piſtacior.
Amygdal. dulc.
Paſſular. Corinth.
Semin. quatu. frigid. maj. ana ℥ s.
Tabaci M j.
Hyſsop. M s.
Sem. fœnicul.
Glycirrh. ana ℥ ij.

coquantur in aqua pluviali, & adjecto ſaccharo fiat Syrupus. Aliud ex Peto ad Phthyſin Serapium vide apud VVeckerum. Herba quoque ipſa absque ulla nocumenti ſuſpicione in pulverem redacta eclegmatis admiſceri, decoctisque huic malo convenientibus omnifariis addi poterit. Ubi vero ad ulceris adglutinationem veniendum, eam moliri non oportet, niſi exacta quantum poterit deterſione prævia. e. g. *Pulmonum ulcera adglutinans ac detergens confectio.*

℞. Conſerv. roſar.
capill. Vener. ana ℥ j.
Pulv. Nicotian.
Symph. ana ℈ j.
Boli Armen. præparat. ʒ j.
Syr. Nicotian. q. ſ.
miſce fiat confectio.

Tabaci foliis ſulphuris flores addunt quidam,

Cautio. *ut fumus eo fortius in ulcera agat. Sed modus eſto talis, ne, dum feſtinamus ſanando, agrum perdamus.* Os quoque ſæpe irrigetur Syrupo Nicotianæ cui inſit ſulphuris flos, vel pulvis Haly contra Tabem, vel pulvis pulmonis vulpis.

Empl. in initio Phthyſeos ad facilitand. ſput. Ab initio ad facilitandum ſputum admoveatur pectori Emplaſtri quædam forma molliſſima ex butyro recente cum pauca hordei & ſeminis lini farina, addito pulveris Nicotianæ pluſculo. Quum vero repurgatum ulcus conſolidari poſtulabit, Oleum myrrhinum thoraci admoveatur Tabaci pulvere mixtum.

Difficultas. Part. negat. arg. Interijcienda heic quæſtio; Utrum Tabaci fumus (ut ſupra docuimus) conveniens ſit Phthyſicis? quippe quum calefaciat & ſiccet morbificis cauſſis eſt adnumerandus. Atqui Phthyſis abſumptionem exſiccationemque præ ſe fert cum hectica quadam caliditate conjunctam. Ergo fumus ex Tabaco illius cautioni conducere nequit. immo, tantum abeſt ut proſit, ut etiam magnopere noceat.

Deciſio difficult. Reſpondemus: In indicationum contrariarum concurſu ad eam quæ magis urget, & à majori malo deſumitur, juxta preceptum Galeni, curan-

curantis conſilium debere dirigi, reliquis tamen non neglectis. Unde ſi in Tabe febris hecticæ vincat indicatio, utpote quæ ad extremam maciem ac marasmodem conditionem ægrotantem perduxerit, nullum jam curationis modum in re deſperata eſſe perquirendum. quinimo ſi taliter adfecto fumus Tabaci præſcriberetur, celerius quidem interiret. Quum vero conſumptio adeo magna non eſt, ut Tabem confirmatam polliceatur, ulcus autem pulmonum magnum ac ſordidum ipſam certò portendat, tunc ulceris, tanquam cauſſæ, indicationem præponendam. Quum autem ulcus omne, quatenus ulcus, exſiccationem requirat, fumum Tabaci merito, ut ſingulare remedium, commendari.

Sequitur Balſamum Peti ad pectoris & pulmonum ulcera. *Balſamus ad ulcera pectoris & pulmon.*

℞. Nicotianæ à ſordibus purgat. ℔ ij. huic quàm recentiſſimæ & lotæ adfunde quintæ eſſentiæ vini malvatici ℔ vj. digere per menſem vaſe clauſo, ut tingatur rubro. tunc exprime fortiter. In expreſſo macera per dies viginti

Glycyrrhizæ
Sem. aniſi, ana ℥ s.
Cinnamomi ℥ j.

Macis.
Zingiberis ana ℥ ſ.
Caryophyll. ℈ j.
Rad. helenij.
ſymph. maj. ana ʒ ij.
Coriandri.
Calam. arom.
Galangæ, ana ʒ iij.
Nucis myriſt. ʒ v.
Carn. dactyl. ℥ iiij.

hæc concidantur minutim. illa pulverizentur. Macera per dies xx in ſuperiore extracto vaſe clauſo. tandem expreſſum ſerva. Quum uti velis adde Sacchari candi ad placitum: vel hoc extract.

℞. Sacchari alb. pulverizat. ℔ j.
Aceti ſtillaticij ʒ ij.

Digere ſuper cineribus calidis per horas ſex. deinde adfunde aquæ vitæ rectificatæ tantum, ut digitis duobus exſuperet. digere donec coletur. Tinctura effuſa adfunde aquam novam, idque repete donec ceſſet tingere. Spiritum vini balneo ſepara. Eſſentiam circula cum aqua roſacea.

Aliud Balſamum. ſimplex.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

℞. Fol. Nicotianæ q. voles, in mortario contuſis: exprime ſuccum rejectis ſpiſſamentis: expreſſum ſuccum cum æqua olei olivarum portione in phiala vitrea Soli expone quam diutiſſime, quæ diligenter obturata ſit cera gummata, & membrana ſolida colligata. aut ſi mavis ſiſte illam in lebete bullientis aquæ pleno ſive in balneo Mariæ, vel reconde in ventre ſeu fimo equino, ibidemque relinque totos dies quadringenta renovato interdum fimo. Hiſce exactis reperies in phiala balſamum non minoris energiæ ad omnia quam ipſius Nicotianæ quinta eſſentia. De diverſimodis balſamorum compoſitionibus poſt agemus ubi cheirurgica attigerimus. *Aliud Balſamum. ſimplex*

Si vero Quintam eſsentiam elicere velis, quoniam eius hic facta mentio, confectionem ejus adponemus. Conficitur autem ſic. *Extractum Tabaci quomodo fiat.*

℞. Herbæ Tabaci ℔ j.

Aquæ ejuſdem ℔ x.

ad focum in ampulla macera dies viginti: poſtea per ſetaceum cola. Colaturam per filtri impoſitam partem deſtilla in vitrum anguſti oris. liquorem deſtillatum teſtæ inditum tenui linteo teſta obducto evapora; margini quod adhęreſcit

ſemper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ſemper abſterge, & cum ſidente ſucco id remiſce. Exhauriatur foco tenui, & quum ad iuſtum craſſamentum fuerit deventum, recondatur.

Alius modus. Alius modus. Petum ſiccatum in pulverem redige, cui adfunde vini ſpiritum ea copia, ut digitos tres vel quatuor ſuperemineat. macera in balneo, vel ſole, vel igne, vel fimo equino, dies tres. vinum effunde. adfunde aliud. tandem ſepara ſpiritum vini deſtillatione dum in fundo mellea craſſities reſideat. Relictis interdum cineribus tritis exhauſtus liquor ſæpius adfunditur, iterumque maceratur ac deſtillatur, inde & ſalem & oleum eliciunt.

Vſus & doſis. Datur cum peculiari junctum decoctura à ℈s usque ad ʒs, in catapotiis per ſe, aut medicamentis aliis mixtum, mane jejuno ſtomacho. Suaviter propinatur & ſine tædio officium ſuum peragit. Aſthmaticis & tuſſiculoſis exhibeatur cum oxymelite ſquillitico compoſito, oxymelle helleborato, &c.

Nota. *Sed caute ecchylomatis utendum, longe enim validius ſuo funguntur munere, quam illæ res unde dimanarunt, nam habenis craſſamenti exuta jam ſunt, & idcirco multo validiores vires ſpirant: Illorumque ʒs non minoris eſt*

energeiæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

energiæ, quam uncia eius tota cum ſua ſubſtantia craßiore exhibita.

Simili modo poterit etiam ſuccus Peti (qui eſt veluti ſanguis totius plantæ ſincerus) per digeſtionem inſpiſſari, dum mellis characterem induat. *Succus Tabaci quomodo inſpiſſandus.* Coletur frequentius & coaguletur. fit inſpiſſatio lento calore. Sunt qui ſaccharum adjiciunt, ſed hebeſcit facultas ſpiſſati. Aliquid quidem aluminis addi poſſet facilioris πήξεως & coloris lucidioris gratia. In præſenti uſu deſpumetur lento igne, oviq; albo clarus reddatur. *Clarificandus,* Quod ſi ovi albumen non rectè clarificat, libræ adde lactis acidi cochlearium & per manicam trajice; *&* depuratum poſtea ſaccharum, ſi velis, adjice. Phiola poſtea oris anguſti excipiatur, oleum ſuperfundatur, *Adſervandus.* ut ſpacium duorum digitorum æquet, ita perennabit, nec ab aëre alterabitur.

In Peripneumonia vel inflammatione pulmonum, pendente à materia pituitoſa confert *Peripneumoniæ remedia.* Syrupus Peti, & puluis eius exhibitus cum vino oligophoro, egregie enim maturat, & potenter educit ſputamina. Sed lingua etiam detinendum præbe Sal ejus, vel pulverem cum muccagine ſeminis pſyllij in paſtillos redactum. Thoraci quoq; topica adponantur calida cum ſpiſſamẽtis Nico-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

tianæ, & cooperiatur pectus lanis ijſdem imbutis, dolorem enim ſedant, & tumores facientis humoris reſolvunt.

Cumprimis in hoc affectu provocanda ſalivatio eſt: Peripneumonia enim ex qua nihil excernitur, eſt periculoſiſſima, quamvis Rhaſes Autor ſit 4. contin. Pleuritidem ſaluberrimam quandoque carere ſputo ob materiæ paucitatem & benignitatem, quæ facile inſenſibiliter à calore nativo diſſoluitur ac diſſipatur: Sed hoc non contingit abſque periculo in Peripneumonia, licet quandoque Pleuritidem ob materiæ (ut diximus) paucitatem & benignitatem ſputi rejectio non cõcomitetur: in Peripneumonia enim nunquam fit reſolutio materiæ; ſupereſt igitur ut per ſputum rejiciatur, quod commodius fieri nequit quam uſu Syrupi aut fumi Tabacini, vacuant enim ac revellunt potenter humores, idque abſque turbatione, nam ſola lenitione ac leni eductione opus ſuum perficiunt. At nullum magis ſalutiferum eſt Peripneumoniæ epiphænomenon, ac expectoratio, inflammatus enim pulmo humiditatem quandam effundit in ſpacia ſua interna quæ arteriæ ſunt bronchia, ea expectorando eſt auferenda.

Syr. & fumis Peti in Peripneumonia uſus.

Nec

Nec minoris energiæ paſtilli erunt hi ſequentes;

℞. Seminis Nicotianæ ʒ ij.
Sinapeos ʒ j.
Staphidis agriæ,
Cubebarum,
Nigellæ ana ʒ j s.
Zinziber. condit. ʒ j.
Maſtiches ʒ j s.
Mellis q. ſ.
fiant paſtilli manſiles. lineo panno raro concludantur.

vel hoc Electuarium.

℞. Conſervæ Tabacinæ ʒ ij.
Salviæ ʒ j.
Diamoſci dulcis ʒ iij.
Theriacæ veteris ʒ j s.
Diambræ ʒ j.
Syrupi Tabacini q. ſ.
fiat Electuarium molle ſ. a. adde Guttulas aliquot rob de limonibus, aut vitrioli.

Qui in thorace vulnerati fuerunt, ubi ex ſaniei inter thoracem & pulmones collectione Empyema ſuccedit, præclare ad ſalutem facit *Empyematis cura.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

decoctum Nicotianæ cum pulegio, praſſio, hyſſopo, &c.

℞. Rad. malvæ
iridis
altheæ ana ℥ j.
Thymi
Hyſſopi
Praſſij ana M s.
Quatuor ſem. frigid. maj.
Sem. aſparag.
Glycyrrhizo ana ʒ vj.
Ficuum ℥ iij.
Paſſular. ab acinis perpurgat. ℥ j.

coquantur ex decocto Nicotianæ & cum melle ac penidijs fiat Syrupus. accipiat æger ℥ iij. Proderit etiam fumus per trajectorium hauſtus, ſed jejunio horis 3. vel 4. ante prandium.

Difficultas. Part. neg. argum.

Et heic difficultas examinanda venit, Utrum fumus conveniat Empyicis? Pro negativa quidem parte argumentum eſt, Exſiccantia omnia adſtringunt ac retinent. Atqui adſtringentia valde nocent ijs quibus ex pectore aut pulmone pus educere opus eſt, ut Galenus ait 11. meth.

meth. cap. 16. ergo fumus exſiccans (qualis Peti eſt) Empyicis convenire nequit: præſertim quod Galenus ipſe 5 ſimpl. cap. 22. de medicamentis ureticis verba faciens dicit, talia qui exſiccant eſſe inimica pectori his verbis: *Nam præter alia & reddendis ex pectore pulmoneque exſcreationibus incommoda ſunt deſiccantia: poſcunt enim & ipſa incidi quidem non ſiccari*; quod etiam docuerat in capite præcedente. Ergo exſiccantia in curatione Empyematis ſunt vitanda.

Pro altera parte ſunt Auctores graviſſimi quos ſequitur Averroes 7 collect. dicens: victum exſiccantem eſſe adeo Empyicis neceſſarium, ut hanc ob rem conſueverint veteres Empyicos in Arabiam & Æthiopiam, ut ſiccitate fruerentur, transmittere. *Pars alter.*

Huic difficultati reſpondetur; non omnia exſiccantia & adſtringentia eſſe inimica pectori, ſed ea tantummodo quæ vehementius talia ſunt. ea enim, quæ leviter adſtringunt tantum abeſt ut pectori noceant, ut ipſi potius efficaciter auxilientur. Quamvis igitur Peti fumus ad thoracis phlegmonas demulcendas ac per ſputum repurgãdas optimus ſit, ac proinde talis in Empyemate *Deciſio diff.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ad faciliorem puris expectorationem comparari deberet: nihilominus tamen eſt quiddam aliud in hoc caſu quod reſiccationem deſideret, nempe magna copioſaque puris colluvies, quam brevi modis omnibus abſumere & reſiccare oportet, antequam diutius retenta pulmonem exulceret, atque incurabilem Phthyſin ingeneret. quod quidem debita efficacia admodum ac moderatione præſtabit Peti ſuffumigatio, quippe quæ magnam puris copiam inſenſibiliter abſumet, nunquam vero ad tantam immoderantiam pervenire poterit, ut ſiccitatis excreationem inhibentis vi magis noceat, quam ejuſdem materiæ abſumentis ratione proſit, niſi quando pus in thorace contentum eſt adeo bilioſum & acre, ut timor ſit ne ex tali ſuffitu acrius maligniusque reddatur, tunc enim ex Alexandri ſententia lib. 7. cap. 2 humectantia & refrigerantia maxime conveniunt.

Ad oppoſ. arg. reſpōſ. Dicimus ergo leviter adſtringentia thoracis affectibus non nocere: nam & ex Galeni doctrina 8 ſimpl. amara ipſum efficaciter abſtergent, ac repurgant, quorum maxima pars adſtrictorium quid poſſidere conſpicitur. quæ cauſſa eſt ob quam in hoc adfectu, niſi puris acredo febriſque

febrisque magnitudo reſtiterint, calida reſiccantiumque partium ac tenuium medicamenta propinare non veremur, ut ſcilicet inciſum attenuatumque pus pulmonum ſubſtantiam facilius penetrare, ac tuſſi repurgare valeat.

Ad Galeni vero locum ex 5 ſimpl. dicimus, illum ibi loqui de thoracis adfectibus inflammatoriis, quibus licet uretica medicamenta nimis calida & exſiccantia non conveniant, conveniunt tamen paullo remiſſiora & attemperata: maxime vero Empyemati cujus febris jam remiſſior eſſe videbitur, ut ex ejuſdem Tralliani doctrina colligitur. tunc enim omnis acrimonia & caliditas puris lentore ac humiditate retunditur. *Ad Galen. locum reſp.*

Si quis in Tuſſi ubi à vaſis alicujus corroſione malum eſt (quod peſſimum omen) ſanguinem exſcreat, utatur Syrupo Tabacino ſimplici cum Syrupo myrtillorum, hi enim orgaſmum ſanguinis infringunt. Iuvantius erit ſi foris folium Nicotianæ pectori admoveatur vel ſuffitus ex ea fiant. Idem præſtabit Aqua ejus ſtillaticia cum æquali aceti acerrimi portione, ſi linteola in eo madefacta adplicentur. Si quis compoſitum velit, præſcribat looch quo ſæpe & omni tempore æger utatur, e. g. *Hæmoptyſſis in Tuſſi.*

℞. fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

℞. farin. fabac.
Sem. malv.
melon. ana ℥ s.
Amyli ʒ iij.
Pulveris Nicotianæ,
Farin. hord. ſine furf. ʒ vj.
boli orient. ʒ j.
mucillag. ſem. cydon. ʒ v.
diatragacanth. frig. ʒ ij.
cum oxymellitide ſimpl. miſce.
fiat looch.

Muccago ſeminis cydoniorum] *Semen cydoniorum parum aut leviter quaſſatum committatur per noctem aquæ convenienti tepore; emulſum linteo coletur & exprimatur. Signum perfectæ macerationis erit, quum aqua macerata non amplius aquæ, ſed viſcoſitatis illius ut ovi albuminis ideam retinuerit, aut paullo plus.*

Quæſtio. Rurſum incidit quæſtio Utrum fumus Tabaci hauſtus (ut dictum eſt) Hæmoptoicis conferat?

Part. negat. arg. Pro negativa parte argumenta in medium adferemus duo.

1. Primum eſt. Quicquid Hæmoptyſin inducere poteſt ejusdem auxilium eſſe nequit;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Omnia exſiccantia hanc adfectionẽ inferre ſolent; Ergo omne ſiccãs Hæmoptoïcis eſt vitandũ.

Secundum eſt: *S*anguinis rejectio omnimodam quietem requirit, reſpuitque motum quempiam, cum primis pectoris, ex ſententia Galeni, Celſi, & aliorum. 2.

At vero fumus hic exſiccans quum ſit, ad læſiones pectoris referri poterit, quatenus id concutit:

Ergo fumus hic ſiccitatem pariens eſt fugiendus Hæmoptoïcis.

Pars altera.

Sed pro altera parte omnes ferme pugnant probatiſsimi Autores. huic igitur difficultati, propoſitisque ſimul argumentis reſpondebimus; fumum quidem admodum ſiccum tuſſes movere, temperatum verò, qualis hic eſt, magnopere conferre; ſic enim humiditatem laxantem & aperientem, ſanguinemque fundentem, atque etiam inſignem frigiditatem immodice cogentem, vaſaque frangentem, ac tuſſes excitantem pariter vitamus, & abſque nocumento moderatiſſima exſiccatione fluentis cruoris fervorem & impetum compeſcimus ac debellamus.

Ventriculi imbecillitati remed.

In Ventriculi imbecillitate, ubi pituita in vitio eſt, folium Tabaci inter duas ſyndones

R inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

interbaſtatum everſum regioni ſtomachi calidum imponatur, quotiens opus erit repetendo. In quo etiam tam puerorum quam grandiorum affectu Indicæ mulieres, ut ſcribit Monardes, valde folia commendant: ventre enim inferiore oleo prius lucernarum inuncto, foliiſque ſub cineribus calefactis, altero ventriculi regioni, altero tergoris, qua ventriculum ſpectat, poſitis, eas concoquunt & alvum emolliunt, ſi quotiens opus innovando ac repetendo.

Folia Tabaci ut quovis anni tempore recentia haberi poſſint.

Sunt qui quovis anni tempore foliorum recentium ſervandorum hanc tradant rationem. Folia viridia in vaſculum olivarum oleo plenum immitte. quum verò utendum erit, oleum effundatur, foliiſque tenui linteo exterſis utitor ut recentibus. Defectu tamen viridium utendum erit deſiccatis & ferventi cineri ſuppoſitis ac napthæ aqua conſperſis. tantundem effeceris reſiccatorum foliorum pulvere, admixtis iis quæ hiſce morbis convenientia ſunt.

Ceratũ ad obſtruct. ventr. ac lien.

In Ventriculi & Lienis obſtructionibus doctiſſimus Aquapendens commendat Ceratum quod conficitur ex duabus partibus ammoniaci aceto diſſoluti & una ſucci Tabaci, dimidia reſinæ pini & therebinth. cum ſucco ebuli, una de cap-

paribus

paribus & ceræ novæ q. ſ. ad emplaſtri ſeu cerati formam adipiſcendam: quod remedium ſe Autore probatum innuit.

In ſtagnato aliquo ceram ad liquandum injectam levi igni adpones: qua liquata reſinam pini à ſordibus purgatam & colatam cum terebinthina pariter ut liqueſcat immittes. quibus liquatis & ab igne amotis & parùm refrigeratis ammoniacum ſeorſim diſſolvatur; quo peracto fiat decoctio donec ſpiſſitudinem melleam acquirat, nec vaſis fundo adhæreat, quod quidem veræ mixtionis (quæ vulgo Incorporatio appellatur) indicium erit. Aufer ab igne ne repentino novarum rerum contactu elabatur. poſtea iterum igni forti ad couendum appones, ſuccosq́ Tabaci, Ebuli, & de capparibus minime defæcatos reliquo corpori admiſcebis, Ceratumq́ finges. Ammoniaci præterea diſſolutionem propter Pharmaceuticæ artis ſtudioſos heic adponemus. Contuſum aliquantulũ conjice in modicum acetum per totam noctem, & eliquatum per ſaccũ ex tenui linteo factum colato. coquatur iterũ donec abſumatur humidum ab aceto contractum, non autẽ naturale humidum, ita ut ariditatẽ immodicam adſequatur. Hoc unũ qui notarit facile ei erit omnia ferme gummata præſcripta diſſolvere.

Empl. epicheireſis.

Ammoniacum ut diſſolvatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

In eodem caſu decoquantur folia cum aceto; in tali decoctione ſpongia infuſa Spleni ſuperponatur. Quod ſi materia eſt feruentior, temperandum ab uſu aceti, nigra namque ſurſum educit, inquit Hippocrates, itaque ſolus ſuccus cum ſpiſſamentis id præſtabit.

Ad jocinoris humidam & frigidam intēperiem Vnguentum.

A frigida & humida intemperie ubi Iecur laboraverit, extrinſecus adhibenda ſunt fomenta ex oleo Tabacino ac chamæmelino aut abſynthino parata. Admodum etiam conferet uſus unguenti quod accipit

Olei Tabacini ℥ij.
Abſynth. ℥j s.
Cinnamom.
Ligni Aloes
Roſar. rub. ana ʒ ij.
Maſtiches.
Spicæ ana ℈j.
Ceræ q. ſ.
formetur unguentum:

Modus confect.

Cinnamomum, Aloes lignum, & ſpicam in mortario contundes, aqua roſacea, ne pars ſubtilior effluat, adſpergendo; cumque fere vel omnino erunt pulverizata roſas addes, ut ſimul cum cinnamomo, ſpica, & Aloes ligno perfecte tundantur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

tur: quibus tenuiſsimo cribro transmiſsis ceram in lebete igni lento adpones, qua liquata mox olea addes, & poſt maſtichen in pollinem redactum, unguentumque ſ. a. efformabis.

Ægidius quoque Everhardus Nicotianam ad omnes Hepatis adfectus prodeſſe refert, ſi cum fumo terræ deſtilletur, ita tamen ut minor fumi terræ quam Nicotianæ quantitas ſumatur.

Renum dolores ex flatu, aut frigida craſſaque materia, mitigantur fomento quod habet. *Fomentum pro doloribus renum à flatu.*

Rad. altheæ ℥ ij.
Fol. Nicotian. M ij.
Calamenth.
Origani ana M j.
Sem. lini.
  fœnugræci ana ℥ j.
  milij ſolis,
  ſeſelios,
  petroſel. ana ʒ s.
Flor. chamæm.
  melilot.
  ſambuc. ana p j.

fiat decoctio in tribus aquæ Nicotianæ partibus & una vini; ſpongia aut philtro exceptis utere.

In Pleuritide maxime convenit Syrupus Nicotianæ *Syr. Tab. Pleurit. prodeſt.*

tianæ cum aqua hordei vel decocto paſſularum, myxorum, & ſimilium pectoralium. Si unctionem velis

Vnguent. pro pleur.

℞. Olei Nicotian. ℥ ij.
cheirini
irini ana ℥ s.
Oeſipi, vel eius loco Axungiæ gallin.
Ceræ,
pingvedin. anat. ana ʒ iij.
croci ℈ j.
conficiantur ſimul ad ignem.

Pinguedinem anatis igni admove ſpatula lignea ſemper movendo mox ceram conciſam: quibus omnibus liquatis ſolutisque ab igne depones, & Croci pulverem addes; poſt olea; tandem œſipum admiſcebis & unguentum ad uſum conficies.

Foment. pro pleur.

Etiam experientia Nobis compertum quod accipit

Fol. Tabaci M iij.
parietar.
malvæ
violar.
branch. urſin. ana M j.
Sem. fœnugr.
lini

lini ana ℥ ij.
Hordei
Florum chamæmel. ana p j.
fiat decoctio in decem libris aquæ ad conſumptionem partis tertiæ. in colatura maceretur ſpongia & adplicetur lateri.

Iterum oritur Quæſtio. Utrum oleum, ungventa ac linimenta conveniant Pleuritidi? *Difficultas.*

Pro negativa parte argumenta quidem ſunt tria. Primum eſt Hippocratis 2. acut. ubi ex profeſſo omnia topica Pleuritidi accommodanda videtur percurriſſe, Olea tamen & unguenta prætermiſit, quod non feciſſet ſi ea huic adfectioni utilia fore cognoviſſet. *Part. negat. argum. 1.*

Secundum eſt, quia Oleum Eryſipelatis admotum calorem eorum exacuit, ac lædere natum eſt omnes quæ ex pura bile ſunt fluxiones, quemadmodum & ſanguineas, licet non adeo manifeſte, ut docet Galenus 2. ſimpl. cap. 21. Atqui Pleuritis frequentiſſime fit ex bile, frequenter ex ſanguine; raro autem ex humoribus alijs. ergo & frequentiſſime ſaltem Oleum Pleuritidi admotum nocebit, ac proinde vitandum eſt. *2. argum.*

Tertium eſt, quia Oleum lentæ eſt craſſæque ſubſtan- *3. argum.*

ſubſtantiæ ex Gal. 1. ſimpl. cap. 14. ac proinde poros obſtruit & occludit. Atqui condenſantia Pleuritidi rarefactionem & diſcuſſionem poſtulanti ſummopere adverſantur. Ergo oleum lateri Pleuritico absque nocumento adplicari non poteſt.

Pars altera. Sed pro altera parte unanimes habemus probos Autores praxin edocentes, qui olea & unguenta pro ſedando Pleuritico dolore commendant.

Deciſio diff. Quare dicendum eſt, Oleum & omnia ipſum recipientia Pleuritidi non nocere immo ei magnopere conferre anodyna quadam & laxante qua pollent facultate. *Ad oppoſ. 1. reſp.* Quod ſi Hippocrates oleoſa ſubticuit non proinde à nobis admitti non debent: artis enim inventoribus & primis excultoribus multum quidem debemus, non quod omnia penitus nos docuerint, ſed quia plurima inveniendi nobis iter monſtrarunt; quipropterea infanti ſuper humeris gigantis merito comparamur. Et hæc pro ſolutione primi.

Ad 2. reſponſ. Ad ſecundum dicimus, Oleum externis Eryſipelatibus admotum evidenter nocere; non tamen ſic de internis, quas immediate contingere nequit ſentiendum eſſe.

Ad

Ad tertium dicimus, Oleum ſuo lentore ſemper quidem poros occludere; nihilominus tamen quando aquæ miſcetur hydrelæon fieri, quod & laxandi, aperiendi, ac penetrandi haut mediocrem efficaciam nanciſcitur: quando vero aliis medicamentis incoquitur aut immiſcetur, eorum facultates facile recipit, quumque ex ſe temperatum ſit, ideoque cæterorum medicamentorum nuncupetur materia apud Galenum 2. ſimpl. 22. ſi chamomillæ, anethi, & ſimilium qualitates ebibat, cutem penetratione notabili rarefaciet: Immo oleum ipſum ſua laxante emollienteq; virtute aliorum medicamentorum rarefacientem ac digerentem facultatem augebit, ut Galenus ipſe docet 7. per genera cap. 5. Quibus plane cunctis topicis Pleuritidis auxiliis id commodi eſt, facillimeque à quovis imperito etiam toti lateri adplicari poſſe, eodem docente Autore 3. de loc. cap. 4. Hæc Vaſcus Caſtellus. *Ad 3. reſponſ.*

In Syncope (quam Cælius Aurelianus aliique plures ex Latinis Cardiacam vocant) quum homo proſtratus à viribus jacet, fumum Peti ipſius naribus inflare eſt perutile. ſed jam à Syncope paullulum expedito, (ſi viſcida recrementa hanc illi vim intulerint,) Oxymel eius ſimpl. *Syncopen fumus ſolvit.*

propinabis, frontemque aqua Peti aceto permiſta adſperges.

Strumas molliens empl.

Ad Strumas & quosvis tumores duros à frigore ortos excellens eſt Emplaſtrum quod accipit

Succi Nicotianæ ℔ s.
Abſynth. Pont. ℥ iiij.
Ol. hyperic.
Irini, vel
Sambucini ana ℥ j s.
Fol. abſynth. pont. maj.
Prunellæ. vel Symph. min. &
Scrophular. maj. Matthiol. ana M j.
Vini albi ℥ j s.

bulliant ſimul omnia ad vini & ſuccorum conſumptionem in vaſe æneo movendo ſemper cum ſpatula lignea ne urantur. deinde torculari exprimantur. tum liqua

Ceræ flavæ ℥ iiij.
Adipis hirc.
Terebinth. ana ℥ ij.
Pulv. thuris
maſtich.
myrrhæ ana ℥ j.
fiat emplaſt. ſ. a.

Aliud unguentum ad Strumas.

Aliud unguentum conſolidativum ad Strumas.

℞. Ariſto-

℞. Ariſtoloch. long. ʒ iij.
Myrrhæ ℥ s.
Mumiæ ℥ ij.
post triturationem adde
Succi Nicotianæ,
Olei eiusdem ana ℔ s.
Ceræ ʒ iiij.
formetur unguentum. ſ. a.

Folia præſcripta loco temporeque convenienti legi debent, & lavari: deinde incidi & in mortario lapideo piſtillo ligneo contundi; poſt vino forti bulliant ad tertiam. colentur; & inde ſubſtantia herbarum abjiciatur. tum ſuccos probe depuratos & olea indes. quibus peractis ceram in partes confractam igne maxime lento liquabis, qua liquata ab igne removebis & Terebinthinam infundes. Quibus ita paratis pulveres ſimplicium præſcriptorum ſimul vel per ſe pulverizatorum ex artis præſcripto projicies. Notandum tamen, ſimplicia dum teruntur vino madefacienda & adſpergenda eſſe, ne ſubtilior pars tenues vaneſcat in auras.

Sequitur Corroſivum ad Strumas. *Corroſivum ad Strumas.*
℞. Salis Tabacini ʒ j.

Lytharg. ℥ s.

Aqu. roſar. ℥ iij.

miſce cum Oleo Tabacino, & pannis in eo madefactis foraminum orificia quæque leniter impleantur.

Encheireſis. *Tractetur Lethargyrus optime lævigatus & agitetur una cum oleo Tabacino ſpacio* viij *horarum ut nutriatur, coquaturque lento igne ſpatula lignea ſemper ducendo ad mellaginem (& quia ad reſolvendum apoſtemata frigida, & mollificandas durities adhibetur calide nutries) ut placide Lythargyrium ſolvatur. ſal demum Tabacinum probe lævigatum admiſcebis, & aquam roſaceam adjunges.*

Hiſtoria. Militum dux quidam filium ſuum quem Strumis aut Scrophulis miſere adflictum in Gallias ablegare decreverat, quod id morbi genus ſolos Galliæ reges attactu curare poſſe vulgo perſuaſum eſſet) Dn. Nicotio ſtitit, qui & in hoc Nicotianæ ſuæ vires periclitatus, diebus poſt paucis juvenem Scrophulis omnibus liberavit.

Mentagram ſanans linimentum. Egregium hoc eſt quod ſequitur in cancroſo ulcere quod à nonnullis Mentagra, vulgò Noli me tangere dicitur,

℞. Ceruſæ ʒ j s.

Plumbi

Plumbi uſti & lot. ʒ iij.
Antimon. lot. ʒ ij.
Pompholyg. ℈ iiij.
Caphuræ.
Aluminis, ana ʒ j.
Lapid. hæmat. ℈ ij.
Corallij utriusque ana ℈ j.
Olei Nicotianæ ℥ j.
Succi ſempervivi ℥ j.
Nicotian. q. ſ.

fiat linimentum in mortareo plumbeo.

Plumbi uſti & loti] *Vas fictile vitreatum (ne inter urendum quid adhæreat) accipito, & furno fuſorio, ubi ſint carbones accenſi adpone: idque fictile carbonibus ardentibus undique circumda, in eoque quantum plumbi volueris impone, & liqua; quod illico fiet. Prius tamen bis aut ter in aceto fortiſsimo plumbum exſtinguatur. Liquato plumbo ignis augeatur & ferrea ſpatula ſemper agitetur, paulatim à lateribus vaſis ſpumam deÿciendo quousq; totum in ſpumam devenerit, nihilq; è plumbo uſto adhæſerit. Spumam autem illam quæ veluti cinis eſt, in dicto furno ignem augẽdo circũcirca concoques, donec colorem retineat album citrinati permixtum. Poſtea accipe cinerum plumbi* Encheireſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

tali modo uſtum, illumque in mortario marmoreo deſuper parum aquæ pluvialis vel roſarum affundendo aliquot horis piſtillo ligneo vel ſpatula lignea agitato donec aqua ſit fæculenta vel turbida, quam dejicies in quoddam fictile, & aliam aquam iterum affundes, & ut prius tractabis & movebis ſemper aquam turbidam ac fæculentam dejiciendo in ſupra dictum fictile uſui futuram, & aliam in mortarium itidem infundendo; atque hæc toties repetes donec pars ſubtilior plumbi uſti aſſumptia ſit cum prædicta aqua effuſa: craſſior autem pars quæ reſidet in fundo mortarij rejiciatur tanquam plumbi excrementum nulliusque efficaciæ. Tunc tota pars ſubtilior plumbi uſti, quæ cum aqua adſumpta fuerat quieſcat quousque clara videatur ac ſincera & plumbum uſtum in fundo fictilis reſideat, quod ſub dio ſiccabis, ſiccatum uſioni ſervabis. Boſcius.

Antimonij loti] *Quantitatem quam voles Antimonij accipito, & in pollinem tenuiſsimum reducito: (præſtat autem fœmineum, ſplendidiſsimum, nitidum, in confractu unctuoſum, terræ & calculorum expers) deinde in fictile amplum non plumbatum conjicito. tum demum carbonibus accenſis ad calcinandum caute exponito, quoad*

corpuſcula illa quæ emicant ſplendorem ſuum amiſerint, vaporque ſulphuris omnis ceſſaverit, fœtorque obſoleverit, interdum tamen ſpatula ærea movendo; Stibium autem in calcem converſum ſubalbicantis cineris faciem contrahet. Tunc ℥ iiij iſtius calcis in pollinem rediges & in vini albi veteris ℥ ij in fictili cooperto trium horarum ſpacio macerabis, & infuſione peracta vinum evaporabis paullatim ſuper cineres calidos ad Stibij ſiccationem. ſiccatum itidem in ℥ ij lactis mulieris pariter macerabis, & lac ſuper cineres calidos conſumes. Conſumpto lacte & ſiccato ſtibio aliud lac adfundes & iterum ſtibium macerabis eodem igne ad conſumptionem lactis. conſumpto lacte & deſiccatum ſtibium novies vel decies in æquis partibus ſtillatitiæ aquæ convenientis ſemper abjiciendo aquam & aliam ſtillatitiam innovendo in mortario lapideo ablues. Atque hoc modo ſtibium uſtum & ablutum ſiccatumque in uſum recondes.
Du Boys.

Emplaſtrum ad Mentagram.

℞. Viſci herbæ Tabaci ℥ viij.
Succi chelidonij ℥ vj.
Reſinæ abiegnæ ℔ s.

Olei

Olei Tabacini ℔ j.

& Tabaci.

fiat Emplaſtr. ſ. a.

Sal nit &

Sal Peti eoſdem effectus habet; ſed priusquam adhibeas ulcus vino oligophoro lavato, corpus purgato, ſanguinemque, ſi opus, mittito, diæta etiam conveniente obſervata.

Spiſſamentum.

Hiſtoria.

Hiſtoria.

Idem & ſpiſſamentum præſtare docuit experientia: Juveni cuidam malarum alteram ulcus fœdum depaſcebat ac difficile, quod & ipſam naſi cartilaginem jam invaſerat. Primus itaque herbæ huius periculum fecit, Spiſſamentis ſuccoque ulceri admotis incredibile levamen ſentiit atque adjumentum: quod ubi per aſſeclam ſuum quendam ulceroſi affinem reſcivit Dn. Nicotius, juvenem ad ſe vocavit, atque ſervata per octiduum eadem medendi ratione, ipſum Noli me tangere delevit ſtirpitus. Interim vero dum medicinam facit, identidem ęgrum ad Portugalliæ regis medicum primarium amandabat; ut is medendi ordinem exploraret; qui octiduo poſt à Legato accerſitus, & ulceroſi faciem contemplatus Noli me tangere exſtinctum ac prorſus emortuum palam adſeveravit; quod & res ipſa clarius docuit, juvene nullas penitus mali reliquias poſtea ſentiente.

Similem hiſtoriam narrat VVittichius in lib. de lap. bezoardicis.

Arthri-

Arthriticis in morbis maximam vim ad effectionis curationem habet fumus Peti per fiſtulam hauſtus, maximopere enim poteſt ad diatheſin corrigendum quæ fœtum illum generat. Novimus qui adſiduo huius fumi uſu totum ſeſe ab hacce tyrannide vendicavit. Datur & pulvis ejus cum decocto ligni Guajaci, hoc enim integris ſeſe viribus ad artus trajicit. *S*imiliter aſſumitur & pulvis inſtar errhini, qui etiam dolorem mitigat. ſed per plures menſes hujus uſus continuandus. *S*alis item ℈ij ſingulis diebus ſumpti ſummopere proſunt. Si linimentum malis compoſitum

Arthriticis medetur fumus Tabaci hauſtus.

℞. Fol. chamæpyth. ℥j.
Rad. pyrethri.
Ari.
Serpentariæ ana ʒij.
Salis Nicotianæ, &
Ammoniaci ana ʒj s.
Picis ℥iij.
Olei Nicotianæ ℥ij.
Vini ardentis ℥j.

contundenda contundantur, & cum liquidis ad ignem in linimenti formam uniantur. pone ſuper locum juncturarum; cui deinde ſuper-

pone vulpinam pellem innouetur ſingulis octiduis.

Topic. pro Arthrit.

Ex valde conferentibus etiam eſt ut lana ſumatur munda & mergatur in oleo Tabacino & pauco aceti; hinc adſperſo ſale Peti ſuper partem læſam detineatur.

Empl. pro Arthr.

Iuvantia quoque Emplaſtra in Arthritide ſunt quæ ſequuntur.

℞. Therebinth.
Reſinæ, ana ℔ s.
Lythargyr. ℥ ij.
Salis Nicotianæ.
Chalcitidis ana ℥ ij.
coque ad conſiſtentiam, addendo
Mucillag. fœnigræci.
Axungiæ gallin. ana ℥ ij.
Olei Tabacini ℥ iij.
fiat emplaſtrum. ſ. a.

Mucillag. fœnugræci] *Muccaginem ut conficias ſic eſt operandum. Semen fœnugræci exquiſite eliges, ſed cave conteras, quia absque contritione muccaginem viſcoſam etiam cumulatim reddet: macera, ut ſuperius in mucillagine ſeminis cydoniorum dictum eſt. Verum macerationis indicium erit, ſi pars ejus aliqua frigido*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

marmori velut in declivi impoſita lentè & craſſe defluat. tunc veræ ac perfectæ coctionis habebis indicium: peracta maceratione intorquendo per ſe exprimatur.

Sequitur aliud pro Arthritide. Aegidij Everh. *Aliud. Emplaſt.*

℞. *S*agapeni.

Bdellij.

E'emni ana ʒ j.

diſſolvantur ſ. a. in aceto, & ſub finem adde.

Fol. aut pulv. Tabac. exſiccat. ℥ j.

Olei chamæmel. ℥ j.

Ceræ q. ſ.

fiat emplaſtrum ſ. a.

Aliud. *Aliud Emplaſt. pro Arthr.*

℞. Tacamahacæ.

Carannæ ana ʒ iij.

diſſolvantur ſ. a. in vino & modico aceti fortiſſimi, poſtea addendo

Pulveris Nicotianæ ʒ vj.

Olei lilior.

cairin. ana ʒ v.

Ceræ q. ſ.

fiat Emplaſtrum ſ. a.

Aliorum experimento ſæpiſſime vidimus Iſchia-

dicos dolores foliis tuſis & admotis ſedatos. Aqua quoque ſtillatitia Peti totius corporis partes placantur dolitantes. Secretum etiam quorundam in Podagra remedium eſt fumum cottidie haurire & folia manducare; ſed jeiuno.

Paſtilli in Podagr. Poteris etiam ſingulis diebus intercalaribus jejunus paſtillos maſticare qui habent

Rad. pyrethri.
Staphidis agriæ.
Zingiberis ana ℈ ij.
Tabaci in pollinem redact. ℥ j.
Ceræ ℥ j.
fiant paſtilli parvi.

Ol. ad Arthrit. Sequitur Oleum ad Arthritidem per elixationem extractum.

℞. Seminis Tabaci permaturi & anniculi (non vetuſtioris) quantum vis, repurga à calyculis & ſordib⁹, tunde in mortario, coque in aheno aqua ſufficiente, primum leniter, poſtea impenſius, ut ſpuma innatet, quā ſepara in vitrum ſeorſim. Colloca in tepore per biduum vel triduū donec ſpuma evaneſcens Oleum præbeat. Si non apparet Oleum, recoquendū eſt ſemen ut prius. Aliter.

Al. Macera ſemen Peti in aqua per triduum, indies movendo bis in ſartagine addito momento aquæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ne urantur ſemina, calefac, & per torcular calidũ exprime. digero loco calido, & ab aqua ſepara.

Ex ſeminibus herbæ Tabaci exprimitur oleum; ſcilicet ex libra ternæ unciæ proveniunt, quo diros podagrę cruciatus levavimus. Porta lib. 8 mag. *Oleum per expr.*

Aliud Oleum ex foliis. Folia Tabaci coque ex aqua ad pultem: imprime cochleare ferreum, & oleum cum aqua excipe. aprica. innatans oleum ſegrega per pennam. Si aquoſam nimis humiditatem ſecum rapuerit oleum, corriges hoc injecto pane toſto; hic aquam bibit. ſi gutta igni injecta non ſtrepit, ſed flammeſcit, exhauſta eſt aqua. *Oleum ex foliis.*

Aliud pro Arthriticis & Podagricis Oleum Nobis communicavit honeſtus perhumanusq; vir, & in arte ſua peritiſſimus Chriſtianus Porretus, pharmacopœus Leydenſis primarius, hoſpes noſter toto jam quadriennio honorandus, quod ille anno χειρογονίας 1592. Heidelbergæ à Clariſſ. Doctiſſ. D. Poſthio, apud ſereniſſimos Electores Palatinos, quum in vivis eſſet, Archiatro digniſſimo acceperat. Peti folia coque in oleo communi ad conſumptionem. dein cola. adde ranas viventes ac lumbricos terreſtres. bulliant ſimul, addendo in fine ſpiritus vini q. ſ. *Aliud Ol.*

e. g. ℞. fol. Tabaci ℔ j. coque in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Ol. commun, ℔ ij. ad conſumpt. cola. adde
Ranas viventes N. xij.
Lumbricor. terreſtr. ℥ iiij. coque, in fine add.
Spiritus vini ℥ ij.

Nota. *Vivi lumbrici muſco quercino immittantur per diem: nam eo evomunt quicquid fœdi à terra ſorpſere.*

Ranas viventes] *Rubetæ heic videntur accipiendæ quum Galenus lib. 7. de compoſ. medicam. ſect. gen. cap. 12. & reliqui medici in acopis parandis eas potius elegerint. Quod ſi non habeantur majores ranæ, (quas ipſe Galenus rubetas vocat) quæ in paludibus & aquoſis ſcrobibus degunt ſunt accipiendæ. & licet quæ in frutetis, ſepibus, & rubis degunt, videantur rejiciendæ, quia lethiferæ ſunt & venenatæ juxta Dioſcoridis mentem; quia tamen heic de medicamento externo non interno agitur, nihil prohibet ſecundum Galeni mentem eas eligere,*

Hiſtoria.

Dolorem quidam ſenex in pede dextro ſentiebat circa malleolum cum leviter apparente tumore, quo & priùs bis terve laborarat, & quia tunc melius habuerat ex uſu cataplaſmatis quod tunc temporis ei præſcripſeram, quum dolor ſumme urgeret, nec ambulare poſſet, rogabat an illud repetere deberet, denuo itaque illi præſcripſi

Medullæ panis partes duas,
Farinæ fabar. partem unam

coquan-

coquantur in lacte, contundantur, adde
Olei roſacei q. ſ.
fiat cataplaſma.

quum hoc bis terve adplicaſſet dolor cœpit minui: maxime vero quum folia Nicotianæ majoris parum conquaſſata adplicaſſet, quod plurimum laudabat: eaque ſub finem contuſa cum ſucco adponebat, unde tumor ſubſedit, dolorque evanuit. Platerus.

Folia Peti ſicca dentibus attrita leviter paullatimque magnam ſudoris copiam cient, immo tantam, ut pæne corpus reſolvi credas. Idem & Sal præſtat. *Sudorific.*

Non deſunt qui ſuffimen ex Tabaco efficax eſſe Alexipharmacum dicant ad Venerei morbi excisionem, quod nimirum recrementa pituitoſa & melancholica exſiccandi & emendandi peculiari quadam energia ſit præditum, ſuaque tenuitate & calore aëreo vias & poros, per quos ingreditur & egreditur materia peccans, facile dilatet; humorem eliciendo atque expurgando chorades exſtirpet; cerebrum ad omnibus inquinamentis liberet, & ad naturæ ſymmetriam revocet, profuſa per os maligna pituita ſcirrhos emolliat ac reſolvat, dolores frigidos mitiget, *Object. Vtrum Tabaci fumus morbum curet Aphrodiſiũ.*

renes,

renes, & fœdam Hepatis intemperiem quam divina vis hęmatoſis ipſius Hepatis contraxit, eluat; (frequentius enim hac contage nobilis hæc ſanguinis officina ſolet adfici, oritur enim plerumque malum hoc ob Veneris uſum, in quo, ratione motus & caloris, pori illius partis recluduntur, ut lues hæc promptum habeat in Iecur tranſitum (quamvis hoc non ſit perpetuum) Ex hiſce igitur memoratis communi multorum decreto ſtatuitur, nidorem iſtum cœleſtis inſtar prothe-rapeutici (ſi diis placet) hanc propemodum luem poſſe exonerare, & familiarem eſſe theriacam contra venenatam hanc & diabolicam ſcabiem.

Reſponſ. Non quidem imus inficias, in morbo Venereo fumum hunc (ſi humores tamen non longe à nativa ſymmetria receſſerunt) pituitoſum ſuccum purgationi diſponendo, ac vias reſerando, utiliter hauriri poſſe, niſi nimia ſua caliditate noceret augendo calorem luis. Dicimus præterea vaporem hunc ſiccitate ſua ſtrenue putredinem corrigere, ſuique tenuitate attenuare ac penetrare: materiam morbificam capitis regione conceptam emendare. inſuper etiam alibi diximus, propriam illi ineſſe & peculiarem vacuandi rationem per os ſpuendo, & nonnunquam per ſudores fundendo

& li-

& liquando non ſolum pituitam, ſed etiam ipſarum partium ſolidarum ſubſtantiam, ut ex his pravarum materierum ſaburram eliciat atque expurget, dolores frigidos mitiget, per ventrem & os, ex accidenti nimirum, deturbando malignam illam mephitim; eaque ratione Iocinori & reliquis locis adfectis proficuum aliquodammodo exiſtere. conſtat enim communi ferme omnium medicorum decreto, humorum attenuatione, reſolutione, & excretione per inſenſilem habitum id beneficium corpori & partibus putri hac labe infectis, id poſſe præſtari. Interea tamen ex crebra hac ſubfitione, nimis vim ſuam exſerente, graviora poſſunt gigni ſymptomata; quare non omnino tutus erit hujus ſubfumigij uſus unicuique ætati, loco, & tempori, nec felici ſemper cum ſucceſſu procedit in omnibus conſtitutionibus; aliquibus enim peſſima eſt ac lethalis ferme talis curatio, ut macilentis, temperaturæ calidæ & ſiccæ &c. inſuper etiam humori melancholico contrariari quadantenus videtur, exſiccando nimirum, unde tandem ſuccus fit contumax & nõ facile cedit; hinc Plato in Timæo adſerit, morbos omnes melancholicos terminos ſuos certos ſortitos eſſe, ad quos antequã perveniant, ſi me-

dicamentis irritentur, acerbiores fieri; craſſa enim illa putidæ huius materiei compages ſatis tenax, nec apta ſemper eſt in vapores reſolvi, & in ſudores transcolari. quare vaporem hunc non ſemper concedimus in haece venenoſa conſtitutione; ſed primo huius morbi acceſſu, ubi nobiliora viſcera germen hoc morboſum nondum penitus conceperunt, hunc ſuffitum aliquo modo præſcribimus. Cautio adſit, ne Hepar nobile illud viſcus, ſi calida intemperie æſtuet, penitus accendatur, unde magna calamitas poſſet oriri, & ſeges ſpargi multis morbis, hæc enim pars eſt tanta auctoritate, ut eius officio vita nequeat carere. Idcirco nō omnibus, nec ſemper ad hoc remedium confugiendum niſi facta decenti prius purgatione & venæ ſectione adhibita, ſuademus.

Ad lumbricos. Syrupus eius drachmæ quantitate ſumptus lumbricos ventrisque tineas expellit etiam umbilico folium tritum imponendum, & alvus enemate ex lacte vel aqua mulſa eluenda.

Renum calculo remed. Pulverem eius pondere ʒ s. cum vino aut aqua fœniculi aut ſaxifragię Calculo renum (dummodo in duritiem lapideam non commigravit) conducere, experientia ſibi compertum ſcribit doctiſſimus Mercatus, additque, aqua eius ſtillaticia

mirum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

mirum in modum ab iisdem affectibus ſe vidiſſe liberatos. ſed in glutinis formam concreverat lapis, hoc eſt, nondum ad juſtam duritiem obduruerat.

Iisdem quoque adfectibus conveniens eſt remedium ſi folia ſub cineribus calefiant, & quam calide fieri poteſt, dolenti loco adplicentur. Clyſteribus etiam ad hanc rem facientibus commode injicientur, & fomentationibus emplaſtriſque perutiliter miſcebuntur.

Folia Peti fœminæ in clyſterum decoctionibus adhibita mire proſunt ad Dyſenteriam. *Ad dyſenter.*

In Colica quoque à flatu, forinſecus valet folium calidiſsime admotum; proderit etiam pulvis eius drachmæ pondere ante lecti ingreſſum ſumptus; facta prius decenti purgatione. *Colicos dolor. ſed. &*

Succus quoque Nicotianæ farina tritici, hordei, aut orobi, exceptus, emplaſtrique modo admotus, efficaciter juvat. Ipſa quoque folia lacti prius incocta adplicataq; egregie dolorẽ compeſcunt. Iliaci quoque dolores eorum uſu ſublevantur. *Iliacos.*

Aqua theriacalis dolores placans.

℞. Tab. Diacodij ℥ ß.

Aquæ Nicotianæ ℥ ij.

Spiritus juniperi

Aquæ Theriacalis ana ℥ij.
miſce. & erumpente ſudore operam ei det per horam unam vel alteram.

Teneſmus.

Teneſmus à flatu inter inteſtinorum tunicas incluſo removebitur clyſteribus ex Oleo Tabacino injectis.

Vteri dolores leniens.

In Uterino dolore ſunt qui adplicant umbilico folia ſub cineribus calefacta, uncto prius loco dolente Oleo in quo ſuccus foliorum bullierit.

In Uteri procidentia Iohannes Colerus Olei myrrhæ & Spiritus Terebinthinæ ana guttulas quatuor cum aqua ſtillatitia Tabaci in aurora vel ante paſtum per horas tres exhibitas commendat, & ægritudinem hanc efficaciter removere tradit.

Suffocationis à matrice cura.

In Suffocatione etiam à matrice folia probe ad ignem calefacta & umbilico uterique regioni impoſita valde commendantur. etiam hoc: mulier in ſede componatur, ignitabulo cui Tabaci ſuffimen ineſt ſellæ ſuppoſito, & in ſellam calamus imponatur: tanta vero longitudo calami ſit, ut fiſtula aptata calamo ſellam excedat: hæc fiſtula matricis ori admovēda, quo nidor uterum feriat. ſuffitus hic in ſinu inferne acceptus nobile hoc viſcus revocat, & hyſtericis valde prodeſt.

deſt. Cautio ſumma adſit, ne ingravidatis mulieribus tales ſuffitus ſubdantur, conceptum enim ſemen corrumpunt; ideo inter φθόρια medicamenta (quæ propriè ea ſunt quæ fœtum ex utero abigunt, & ſemen in fœcundo illo naturæ horto contentum ad internecionem cogunt) ſuffitus numerantur. Vt hoc etiam hic extra lineam dicam, cavendum eſt ne ſuffumigia præſcribamus hyſtericis Cephalalgiæ obnoxiis. Hoc etiam in caſu poterit Tabaci pulvis naribus inſufflari, ut ſternutamentum invitet quod valde ad hanc rem facit. Cæterum hoc quod de fumo heic exhibemus remedium Indicis mulieribus adeo familiare adſerit Monardes, ut & ea de cauſa Tabaci folia diligenter adſervent, & magni faciant. Cautio adſit in tali adfectu, ne folia ejus mandenda exhibeantur; miram enim vim habent matricis ad ſe pelliciendi. *Cautio.*

Vt mulier facile pariat laudatur Aqua Peti duarum unciarum pondere pota, hæc partum accelerat, facitque ut abſque dolore fœtum excludat mater. fidum & probum remedium. *Partum accelerans.*

Inter Aquæduca medicamina nullum æque valet ad exhauſtionem aci nobilis Tabaci aqua ſtillaticia jejuno ventre bis in die pota, duabus ſci- *Aqua intercute laborant. Aqua Peti liberat.*

licet ante prandium & totidem ante cœnam horis: hæc aqua omnem Hydropem curat quæ arte medica curari poteſt, ut liberatorum exempla à nobis obſervata atteſtantur; deſtillatur autem ſiccum vino præmaceratum. Mirabilem quoque in hoc caſu ſuffumigium Peti vim habere non eſt quod dubitandum.

Hiſtoria de Hydropico ſanato. His adiungamus quod clariſſ. Dodonæus recenſet. Succo, inquit, Peti epoto quatuor aut quinque unciarum pondere alvum vehementer ſupra infraque turbatam, longum deinde & profundum ſubſequutum ſomnum ab amico obſervatum accepimus. fuit autem is qui adſumpſit homo ruſticus, fortis, mediæ ætatis, hydrope laborans, qui ſomno expergefactus cibum potumque poſtulavit, ac deinceps bene habuit.

Febres curat Aqua ſtillaticia Peti. Idem narravit ſe Aqua ex foliis Peti ſtillaticia ruſticos multos febre liberaſſe paullo ante acceſſionem propinata.

Hiſtoria 1. Cuidam Senatori ſebricitanti Anno 1611. quum poſt venam ſectam & purgationem non

Hauſtus in febri intermittente tertiana brevi. ceſſaret febris, propinavi in initio paroxyſmi ſequentem hauſtum.

℞. Aquæ folior. citri,

Tabaciana ℥ j.

narcot ℥j.
miſce.

Superindormivit & ſudavit circa finem paroxyſmi admodum; Quum denuo inſtaret paroxyſmus, iterum bibit, dormivit, ſudavit & à febre liberatus eſt integre.

Fabrum ferrarium in eadem platea idem remedium quod alter illi laudarat petentem ſimili ratione eodem tempore ſanavi. Platerus. Aliud exemplum vide apud eundem in obſervat. ib. pag. 973. & 285. *Historia. 2.*

Huc quoque referendum quod Leonhardus Fioravantus in obſervationibus ſuis phyſicis ſcriptum reliquit. Sumpſi, inquit, Nicotianam cum radice & ſemine, omnia in mortario tundenda curavi, folia pendebant uncias Liiij. condidi putrificanda in fimo equino diebus triginta, atque ne putreſcerent ſalis pluſculum adjeci cum aquæ vitæ unciis ſex. tum diſtillari juſſi in balneo Mariæ ad omnis humiditatis extractionem; utque melius ſervari poſſet, addidi tantum Olei ſulphuris, ut jam ſapor aceſceret. Hac vero compoſitione diverſimodis in morbis & accidentibus uſus ſum. febricitantes quocunque tandem febris genere,

hauſta

hauſta cochlearis menſura, valetudinem recuperabant. Hæc ille.

Hujus etiam loci eſt quod ſummus & excellens ille Practicus D. Iohannes Heurnius (quem alterum Æſculapium jure appello, nec unquam ſine multa honoris præfatione nominandum cenſeo) in ſuo de Febribus libro ſcriptum reliquit: Herba (inquit) Nicotiana cum floribus deſtillatur; fæces redduntur aquæ. Hæc aqua datur in paroxyſmo ante Quartanam.

ante paroxyſmum potatum data.

Aqua hydragoga.

Aliam ad Hydropem Aquam præſcribit VVeckerus, quæ accipit,

Eupatorij

Endiviæ

Scolopendr. ana M j.

Nicotianæ herb. Miij.

Flor. Ireos noſtrat.

Sambuc. ana p j.

Rad. aſparag.

apij.

fraxini.

rubiæ.

tormentillæ.

acori ana ℥ s.

Ebuli,

Ireos

Ireos noſtrat. ana ℥ſj.
*S*em. cucurbit.
melonum.
citrullorum,
cucumeris.
endiviæ
ſcariolæ.
lactucæ.
portulacæ.
halicacabi ana ʒij.
Cort. tamarind.
cappar. ana ℥s.
Sambuci.
Ebuli ana ℥ij.
Hepat. lupin. ℥ij.
Ventric. gallin. ſiccat. ℥s.
Squill. ℥s.
Acinorum ſambuc. Mij.
Cantharid. ʒj.
*S*ucci herbæ Nicotianæ ℔ j.
Aquæ flor. ſambuc.
Ireos,
Rad. Ebuli.
Cort. Sambuc. ana ℔ s.
Aceti ʒij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Mellis ℥iiij.

Cinnam. el. ℥j.

*S*picæ Indicæ ʒij.

Contundenda contundantur bene, miſceantur ac macerentur per horas 24. deinde in cineribus igne per quam lento deſtillentur

Aquæ addatur

Salis Abſynth. ℥ß.

datur cottidie ℥ jß; vel ℥ij mane jeiuno ſtomacho. Hac quoque Hydropicorum vinum dilui poteſt.

Etiam in Aſcite à cauſa frigida, totus venter foliis Peti prius ſub cineribus calefactis obducatur, & fumus per cannulam vel fiſtulam attrahatur.

Thymos ſiccans linimentum.

Ad conſumendum & reſiccandum Thymos in ſede ac pudendo (ubi nulla condylomata adſunt inflammata) egregie confert linimentum quod capit

*S*alis Tabacini ʒ ij.

Amianthi lap.

*S*quamm. æris.

*S*andaracæ ana ʒ j.

ſingula per ſe terito, & cum roſaceo ad ſtrigmentitiam redacta craſſitiem inlinito, ac filamenta imponito.

Aquam ſtillatitiam ad exſtirpandum carunculam

 in

in veſicæ oſtio naſcentem habet doctiſſimus Augenius quæ accipit

Aqua ſtillaticia ad exſtirpandum carunculam in veſicæ oſtio naſcentem.

Aluminis rochæ ℥iij.
Aquarum roſatæ.
plantag. ana ℥iij.
Succi roſar.
plantag.
portulacæ ana ℥iij.
Nicotianæ ℥iij.
Album. ovor. N. xv.
miſceantur omnia & poſito in alembico aqua ſtilletur in duplici vaſe lento igne & ſine fumo diligenter, ac in vaſe vitreo reponatur ad uſum.

Ad Hæmorrhoïdes multum facit Emplaſtrum ſequens,

Hæmorrhoïdes curans ac profluentes reprimens Empl.

℞. Pingredinis anat.
gallin. ana ℥ js.
Olibani
Fœnugræc. ana ʒij.
Ciner. Peti ʒiij.
Olei eiuſdem ℥ s.
Ceræ flav. q. ſ.
confic. unguent ſ. a.

Ano etiam excipiat vaporem elevatum à de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

coćto ejus in vino remediũ eſt nõ contemnendũ.

Ad Gangrænas. Ad Gangrænas à frigore ortas ſuccus inſtillatus & folia trita impoſita mire valent. poterit addi cõfećtionis methridaticæ aut Scordij parum. Frequenti experimento obſervatũ habemus quod recipit

Succi Nicotianæ.
Syr. è roſis ſicc. ana ℥ ij.
Aquæ ardentis ℥ j.
Pulveris Scordij.
Aloes.
myrrhæ ana ʒ j.
miſce ſ. a. &
adplicetur parti laboranti.

Quod ſi adjiciatur cineris Nicotianę ʒ s efficacius erit, & quotiens æger curabitur Aqua Peti pars affećta erit abluenda.

Oedematis cura. In cura Oedematis evacuetur peccans & redundans humor Serapio Tabacino & de betonica ana. præparetur Iulapio ſequenti,

℞. Rad. apij.
petroſel.
fœnicul. ana ℥ s.
Fol. Nicotian. Mij.
betonicæ.
ſaturegiæ ana Mj.

coquan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

coquantur cum hydromelite.
capiat ſingulis matutinis ℥ iij pro doſi.

Purgato humore purgetur æger potione quæ recipit Fol. *S*enæ ʒ iij.
Sem. carth. ʒ ij.
Agar. trochiſcat. ℈s.
fiat decoctio pro doſi. adde
Diaphœn. ʒ ij.
*S*yrupi Nicotian. ℥ js.
fiat potus. capiat.

Parti vero adfectæ adplicabis
Succi Nicotianæ ℥ iij.
*S*yr. roſar. ſicc. ℥ j.
Aquæ vitæ ℥ j.
Pulveris aloes.
Scordij.
myrrhæ ana ʒ j.
miſce. adplicetur parti.

Emplaſtrum ad Lupum. *Ad Lupum emplaſtrū.*
℞. Virid. aëris ℥ iij.
Olei Nicotian. ℥ iiij.
Terebinthinæ ℥ ij.
Ceræ q. ſ. coque in Cerotum, adde
Bdellij colat. ℥ ij.
fiat Empl. ſ. a.

Potio ad Fiſtulas

Ad Fiſtulas Potio.

℞. Aquæ Nicotianæ ℔ j.
Centaur.
Conſolid. aur. ana ℥ iij.
Parthenionis ℥ iiij.
his impone
Rheubarb. el.
Mannæ Calabr.
Spermatis Ceti ana ℥ j.

huius optime commoti ſingulis vicibus mane veſperique, bibatur cochlear unum; mox inde vini cochlearia tria. His potiunculis mundificetur interne Fiſtula, & ſanabitur absque emplaſtro extrinſecus poſito. Si tamen quid ſuper ponere ſit animus, non incommodum erit emplaſtrum ſimplex ex Peto.

Ad Herniam Emplaſtrum.

Emplaſtrum ad Herniam aquoſam, vel tumoroſam.

℞. Sem. cydonior.
pſyllij
Nicotian. ℥ iiij.
farin. fabar. ℔ j.
Olei Tabacini ℥ xij.
Ceræ ℥ iiij.
Terebinthin. ℥ ij.

Vini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Vini &
Aceti q. ſ.
fiat emplaſtrum ſ. a.

Nonnullos Oxalidem, Nicotianam, & Rutam vino immacerate calido per horam, & adjecto citriorum ſucco propinare in Peſte, doctiſſimus Heurnius Autor eſt. Non exigui emolumenti res eſſet, ſi aer, qui hac in lue in corruptelam abiit, & internecinum hominibus venenum contraxit, Tabaci nidore perfuſus caſtigari poſſet, & hoc modo venenata iſta miaſmata & inquinamenta fugari; quomodo diabolus Tobiani jocinoris fumo propellebatur. Sic legimus Hippocratem herbis ligniſque odoratis ac unguentis focis ardentibus Athenas peſte liberaſſe, abſumptis miaſmatis fœdati aëris quæ ex Ægypto acceperat. Ea propter ab Athenienſibus magnis initiatus fuit myſteriis cum filio Theſſalo, & aurea corona publice donatus. Et Acron Agrigentinus Peſtem vitio aëris longe lateque graſſantem ſtructis ignibus exſtinxit. meminit eius facti Plutarchus libro de Iſide & Oſiride. Aetius quoque & Paulus eius meminerunt. Sed ad ſcopum. *Peſtem arcens.*

Vino drachmæ duæ ſucci exhibitæ horarum decem ſpacio vim conciliant per ſuperiora purgandi *Succus per ſuperiora & inferiora purgat.*

gandi

gandi & inferiora, & idcirco in hac lue multum conferunt talia, in qua cathar**c**tica vulgaria exitio ſunt certiſſimo.

Peſtilentem bubonem diſcutiens.

Ad Bubonem etiam peſtiferum, quũ ad pepaſmũ plenum ventũ eſt, quidam accipiunt folia Nicotianę, Oxalidis & Rutæ. hæc triplici papyro involuunt, coquunt ſub cineribus cum vino. imponunt, & liquidam partem bibunt.

Si cataplaſma malis

℞. Herbæ Tabaci M ij.
plantag.
Apij.
Pimpinellæ.
Senecionis. ana M j.
coquantur omnia ſimul ad conſumptionem aquæ. adde
Mellis roſar. ℥ ij.
Terebinth. lot. ℥ j.
Farinæ hord. q. ſ.
fiat Caplaſtama. Si Lavamentum deſideras.

℞. Apij.
Plantag.
Pimpinell.
Senecion. ana M j.

Tabaci

Tabaci Mij. contundātur folia;
exprimatur ſuccus,
quem depura. adde,
Mellis roſat. ℥ ij.
Terebinth. lot. ℥ s.
Farinæ hord. ℥ j.
miſce. fiat Lavamentum.

Etiā in cura Carbunculi peſtilentis, poſtquam ſcarificatus probe fuerit, ita ut ſanguinis ichor emanarit, ſiccentur in partem attracti humores ſucco Tabacino, cum pauco ſublimato: miſce cum vitellis ovorum; coctis adde Theriacam. Quamprimum vero Carbunculus eluceſcit, admove ipſi cauterij loco folia Nicotianæ, rutæ, ac acetoſæ; chartæ involve triplici; ſub cineribus conde. cocta tere cum theriaca, vel cœpa cocta, impone.

Hieronymus Aquapendens lib. 1. de Tumorib. præter natur. cap. 20. ſe exedentes Herpetes teſtatur curaſſe, quo ad totum corpus ex ſero caprillo expurgatione; ſæpe autem cum Salſæparillæ decoctione. partes affectas aquis thermalibus D. Petri lavabat, ultimo ijs felici cum ſucceſſu ſequens admovebat Cerotum. *Herpetes exedentes Tabati cerato feliciter ſanari.*

℞. Succi Tabaci ℥ iij.
Ceræ citrinæ ℥ ij.

Reſinæ pini ℥j s.
- therebinth. ℥j.
Olei myrthin. q. ſ. pro formando Cerato molli.

Ad Verrucas. Verrucis tollendis profuerit ſuccum Nicotianæ cum ſpiſſamentis adplicare, facta primum ſcalpello quodam ad ſanguinem apertione: vel unguine Tabacino adfectum locum inungito. *& Clavos.* hoc compertum ſcimus. Idem fortaſſis cenſendum erit, inquit Aegid. Everhard. de Clavis qui pedum articulis innaſcuntur.

Vngues digitis delapſi ut reſtaurandi. Aqua eius ad digitis ſponte delapſos ungues loco affecto infuſa aut ſubinde panno petiove excepta atque admota, mire confert.

Ad Cirones. Succus quoque cum aceto Squillitico ad Cirones multum efficax eſt. Idem cenſendum de oleo eius.

Ad Perniones. Expertum remedium eſt, ſi pedes aliquoties viridibus Peti foliis fricentur, vel Emplaſtrum eius adplicetur, Perniones exulceratos egregie curari, immiſsis prius pedibus in aquam quæ calidiſsima ſit cui ſalis pauxillum inieceris. Vel ungantur emplaſtro noſtro ad Perniones: felici experimento à Nobis explorato. accipit autem,

Emplaſtrũ ad Perniones.

Succi Nicotianæ ℔ j.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Olei eiuſdem,
Ceræ novæ,
Reſinæ pini ana ℥ ij.
Olei hyperici ℥ j.
bulliant igne lento horis tribus.
colaturæ adde
Terebinth. Venet. ℥ ij.
redige ſ.a. ad ſpiſsitudinē unguenti.

Recentibus vulneribus impoſita folia ſanguinem ſiſtunt, eaque glutinant: quæ majuſcula ſi ſint, vino prius eluantur, coniunctisque vulnerum labris ſuccus foliorum inſpergendus. *Sang. cohib. & vulnera ſan. fol.*

Sunt qui ἀπαιδεύτως καὶ ἀδιακρίτως Peti Oleo utantur in vulnerum conglutinatione (ut vidimus) ſed peßime; olea enim vulnera ſemper diſjungunt ac conſolidationem prohibent: quare in vulneribus ab oleaginoſis & oleis prorſum abſtinendum. *Cautio.*

Pulvis ejus ſi miſceatur cum aqua Solani vel Plantaginis, & madidis linteolis tepide adplicetur omnis generis ambuſta ſanat. eadem vis eſt ſpiſſamenti. Habes Unguentum Noſtrum ad ambuſta, ulc. &c. *Ad Ambuſta.* *Vnguentū ad ambuſta.*

℞. Cort. Sambuc. ℥ j.
Succi Nicotian,

Cæparum. ana ℥ js.
Ol. roſac. ℥ ij.
Thuris pulverizat. ℥ j.
Therebinth. q. ſ.
fiat nutritum. vel
ſuccis coctione priùs abſumptis, addita cera,
fiat unguentum.

Hiſtoria. Compotor quidam vitrum quod manu tenebat cereviſia plenum, dum ſervare vult integrum, in ignem concidit, manum ſibi amburens. Ibi mulierculæ conlatis conſilijs poſt horam unam atque alteram lutum adplicant, quo nihil adeo dolor levatus eſt, ut nec interdiu nec noctu quietem capere potuerit. Animi itaque ac doloris impatiens, matronam quandam conſulit, quam Nicotianæ vires probe noſſe aliquotiens audiverat. Illa ambuſtionis oras pulvere adſpergens dolori opem ferre tentabat, ſed toto triduo parum proficiens. Quum porro graviſſime divexaretur, doloris impatientia deſperans æger hinc auxilij quidpiam exſpectandum, clam ſubinde matronæ obmurmurabat quod herbæ vires ſuo in corio periclitaretur, jubebatque omnino lenientia pharmaca adhiberi: quibus quum nihildum dolor miteſceret, revertitur; eandem ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

obteſtans, ut qua primum cœperat medendi ratione pergeret. Illa vero pro pietate ſua morem gerente, adſperſo pulvere intra triduum ægrum curavit. Aeg. Ev.

Sequuntur Balſama, quorum primum eſt Quercetani quod accipit *Balſamum ſarcoticū.*

Viſci herbæ Peti
Conſolid. maj. ana ℥ iiij.
Ol. terebinth. ℔ j.
Flor. hyperic.
verbaſc. ana M ij.
Pomorum ulmi ℥ iij.
Acinorum populi arb. ℥ iiij.
Spiritus vini ℔ j s.

digerantur in fimo equino vel in hypocauſto calido in vaſe vitreo optime clauſo per menſem. deinde exprimantur, & colentur. adde

Thuris,
Maſtichis,
Myrrhæ ana ℥ ij.
Sanguin. dracon. ℥ s.
Mumiæ ʒ vj.
Terebinth. ℔ s.
Benzoini ℥ j.

circulentur ſimul in pellicano octo dierum ſpacio,

cio, deinde moderato calore deſtilletur vini ſpiritus, & in fundo remanebit Balſamus Sarcoticus precioſus.

Aliud balſ. Aliud. ℞. Nicotianæ M iij.
Agrimoniæ M j.
Flor. hyperic. M. ij.
Conſol. maj. M. s.
Lumbricorum perpurg. num. centum.
Terebinth. ℔ j.
miſce, & expone ſoli ſpacio duorum menſium.

Aliud balſam. ad vulnera cap. Aliud balſamum ad capitis vulnera præſtantiſſimum.

℞. Balſami ſulphuris ℥ j.
ex terebinth. cum ol. laur. ℥ j s.
Ol. de betonica ℥ s.
Balſami Æris ʒ ij.
Olei argent. ℈ j.
Extracti Aloes ʒ j.
Flor. ſacchari
Succi Tabacini ana ʒ vj.
digere ad unionem.

Aliud balſ. Aliud. ℞. Olei Æris,
Martis ana ℥ s.
Balſami Aloes.

Butyri arſenici ana ℥j.
Balſami ſulphuris
de mumia ana ʒ ij.
Succi Symphiti
Nicotianæ ana ʒ iij.
cum balſamo ſpiſſo ceræ redigantur in conſiſt. form. Libavius.

Aliud Elyxir balſameum glutinans.

Eſſentia ſacchari nutriatur balſamo mumiæ *Elyxir. balſ.glut.*
therebinth.
oleo ceræ ana.
quibus addatur aliquid Balſami de
Aloe cum rheubarb.
Succ. Nicotian. &
Symph. q. ſ. ad conſiſtentiam viſci.

Aliud compoſ. Rondel. *Aliud balſ.*

℞. Nicotianæ viridis contuſ. M. vj.
Ol. hyperic. ℥ vj.
amygdal. amar. ℥ ij.
è ſem. papav. alb. recent.
Galbani puri ana ℥j s.
Thuris maſcul.
Maſtich.
Terebint. Venet. ana ℥j.
Aeruginis ʒ ij.

Ceræ

Ceræ albæ parum.

Ærugo, ol. amygdal. & pap. ſub finem addenda. Quo antiquius, eo præſtantius. Valet ad omnia in quavis corporis parte vulnera, eorundemque fluxum calide impoſitum prohibet.

Livoribus, percuſſis, ex alto prolapſis, auxiliatur. Sanguinis grumas diſſolvit, & ad mammillarum, manuum, & pedum ulcera eſt efficax. Cautio adſit ne temere quidpiam huiusmodi balſamis incipiatur, in nervoſarum præcipue partium vulneribus.

Cautio in uſu balſamorum.

Empl. ſtipticum.

Emplaſtrum Oppodeltoch, ſeu ſtipticum, Noſtrum.

℞. Lytharg. ℔ j.
Succi Nicotian.
Olei eiuſdem ana ℔ ij.
Ceræ ℔ s.
coquantur in Cerotum. adde
Thuris.
Maſtich.
Myrrh. ana ℥ j.
Ciner. Tabac. ℥ iij.
commiſceantur. adjice.
Minij ℥ iij.
pinſe manibus, extrahendo cum

Cam-

Camphoræ ʒs ex oleo Tabacino.

Lythargyrium in alcool redactum cum Oleo Tabacino ſufficienti temporis ſpacio nutriatur. tum Peti ſuccum indes, & coques donec nulla ſuperſit humiditas. poſt Ceram conciſam ut liqueſcat, immittes & igne lento coques; ſpatulaque ſemper agitando tamdiu bulliat, donec ſuper lapidem poſitum in mellis quaſi compaginem abeat. quo pacto Thus, Myrrham, Maſtichen & Tabaci cinerem tenuiſſime ſingula per ſe lævigata, cribrata, ac ponderata ordine immiſcebis; paulo poſt Camphoram una cum pauco oleo Tabacino, vel alio pro lubitu, vel cum pauca aqua in mortario cum piſtillo calido diſſolutam. denique Minium. Hac methodo Emplaſtrum artificioſe confectum habebis. Poterit etiam Minium, poſtquam Lethargyrus coctus eſt, injici, rurſusque coqui ut rubedinem acquirat Emplaſtrum. ducatur vero Minium prius ſuper porphyrio quousque optimam lævigationem adeptum ſit, adſpergaturque liquore aliquo, quo facilius in pulverem tenuiſſimum abeat. Cautio adſit, ne ſpecies ſupra dictæ continuatim, ſed intervallo quodam competenti immittantur; neque præterea prædicti Encheireſis.

dicti pulveres calido injiciantur, ne in grumas abeant.

Aliud ſtiptic.

Aliud.

℞. Lytharg. præparat.
Lap. calam. præpar. ana ℔ j.
Olei Tabaci ℔ j.
Ceræ ℔ s.
Terebinth. ℔ s.
Succi perſicariæ ℔ j.
Tabaci ℔ ij.
coquantur in Empl.

Lythargyrium ſubtiliſsime pulverizatum & præparatum cum oleo Tabacino & ſuccis minimè defæcatis, in caldario diſtemperetur, fiatque decoctio lenta donec lythargyrium ad Emplaſtri conſiſtentiam deveniat, nec vaſis fundo adhæreat. Poſthæc ab igne ſepones & Ceram minutim inciſam quam primum addes; qua liquata Terebinthinam indes, & iterum ab igne removebis. ubi omnia ferme frigida ſunt, lapidem Calaminarem admiſcebis agitando donec in unum corpus omnia redacta fuerint. poſt ſubiges, & magdalias finges.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Aliud. *Aliud.*

℞. Maſtiches,
Thuris,
Myrrhæ,
Opopanacis,
Serapini,
Ammoniaci,
Bdellij, præparator. prius & in aceto
coctorum ana ℥ j.
Olei Nicotianæ ℔ j.
Ceræ tantundem,
Lapid. calam ℔ s.
coque in Cerotum. pinſe ut ſupra.

Nota. *Macerendo diſſolvantur gummata cum vino, ſucco, vel decocto Peti; deinde reliqui pulveres miſceantur citra ignem. Lapis Calam. & lytharg. in pulverem comminuantur; poſtremo injiciantur. terebinthina à cera remiſcetur. Lythargyros cum oleo Tabacino primo coquitur ad juſtam Emplaſtri conſiſtentiam. Decoctis vero & ſuccis jam conſumptis, immittantur Cera & gummata (ne vim emplaſticam coctione amittant) cum Terebinth. Galeno maxime Emplaſtri formam perficere videtur Lythargyrium: ubi notandum quod auri argentei venuſtatem ſuperet. In Emplaſtrum quoque* *In Empl. confect. quæ notād.*

queſcompoſitionibus hoc notes: Niger color Emplaſtris conciliatur ex pice & reſina; nigerrimus ex bitumine; ex ceruſa albus; ex minio ruber: ex ærugine aut æris ſquamma viridis.

Diatabacum.

Nicotiana quoque recens per ſe cum aliqua pinguedine redigitur in unguentum vulnerarium, quod oleo ceræ ſtillatitio conditur.

Vnguentum nervinum.

Aliud unguentum nervinum. Lumbrici terreſtres vino purgati contundantur cum medulla nucis Indicæ, ſemine momordicæ, juglandium nucleis, croco, & vini ſpiritu. incluſa ſacculo ſetaceo exprimantur. adde oleum myrrhinum & Tabacinum. Si Emplaſtrum velis, adijce tacamahacam & Oleum liquidambaris, aut balſamum Peruvianum cum ſucco Tabacino; fietque glutinatorium nervoſorum Balſamum.

Sequuntur unguenta ad vulnera, ulcera ſordida, cancrum, ſcrophulas, manuum fiſſuras, ſcabiem, maculas ex igne per hyemem cõtractas, &c.

Vnguent. Ioubert.

℞. Fol. Nicotianæ ℔ ij.
Axungiæ porcin. recent. vel diligenter lotæ ℔ j.

herba trita per noctem maceretur in vino rubro: mane bulliat igne lento cum axungia ad vini conſumptionem; cola exprimendo.

adde

adde Succi Nicotianæ ℔ s.
Reſinæ abiegnæ ℥ iiij.
coquantur ad ſucci conſumptionem, addendo circa finem.
Rad. ariſtoloch. rotund. pulverizat. ℥ ij.
Ceræ novæ q. ſ.
fiat unguentum. ſ. a,

Frambeſarius in Antidotario à ſe reformato pro Reſina abiegna ponit Terebinthinam Venetam.

Si Ceratum malis augeatur pondus ceræ. Aliqui etiam qui exſiccare magis volunt, & conſolidare, addunt
Mumiæ
Succini ana ʒ iij.

Axung. præparatio.

Axungiæ porcin. &c.] *Modus axungiam præparandi hic eſt. In largiori aquæ frigidiſsimæ copia, tunicis exemptis, convenit pinguedines confricari, deinde firmiter expreſſas ſiccari, ſubindeque alia recenti aqua lavari & exſiccari ut prius. hæcque ablutio debet ter aut quater repeti, ſemper abjiciendo aquam & aliam innovando, donec ultima aqua conſpiciatur ſincera & nitida. Deinde eas oportebit in minutiſsimas partes dividere & vaſe duplici liquefacere ſpatula lignea aliquotiens agitãdo: eliquatas colo transfundere in aquã donec frigeſcant: quib⁹ refrigeratis aqua lente & guttatim injicienda, & in idẽ vas alia infundenda, ut leviter iterum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

eluantur, unde manu comprimi debent quo facilius fæculentum virus peſſum eat. Poſt hæc in pilam ſpongia nitida madefactam transfundantur; ubi coire cœperint reſidentes in imo ſordes eximantur. Sunt qui in Axungiæ præparatione & ablutione ſalem in aquam conjiciunt, poſtea iterum in alia aqua ſine ſale abluunt, idque faciunt ut mutetur odor axungiæ & inſipida remaneat. Nonnulli dum eas recondunt iterum aliquid ſalis aut ſacchari (ſecundum autoritatem luminaris majoris in deſcriptione unguenti pectoralis) admiſcent, ne putreſcant aut rancidæ fiant.

Aliud ung. præparatio.

Aliud. ℞. *S*æbi hircini ℥ ij.
Olei ceræ ʒ ij.
Olei malorum aureorum ℥ j.
Tabacini ℥ j.
Sulphuris triti ℥ j.
*S*alis ana ʒ j.
Succi Nicotianæ ℥ j s.
miſce ſ. a.

Aliud.

Aliud. ℞. Folior. Tabaci bene contuſ. ℔ j s.
Olei veteris ℔ j.
Reſinæ Colophon. aut vulgaris,
Ceræ novæ ana ℥ iij.

Tabaci folia loco temporeq́ꝫ convenienti, ut & ſuperius

perius monuimus, legi debent, deinde incidi & in mortario lapideo piſtillo ligneo contundi. Poſthæc in vini rubri quam optimi & odoriferi (eo quod vulneribus & ulceribus magis convenit; quo Hippocrates in libro de vulneribus & fracturis frequenter utitur, & Galenus in libr. ſecund. gen. in coctione herbarum Emplaſtra ingredientium) quantitate ſufficienti ad partis tertiæ conſumptionem decoqui: quæ quum decoctæ fuerint parumper infundi permitte, ut tota facultas cum vino in quo decocta fuerint, remaneat. Deinde adhuc calida colentur maſſaque herbæ Tabaci abjiciatur. In colatum Ceram minutim inciſam adjicies & unà cum decoctione concoques igne lento ſpatula adſidue movendo ad humidi vel colati conſumptionem; qua humiditate exhauſta Reſinam confractam, ut liqueſcat, cito addes: qua liquata & ab igne ſemota, Oleum admiſcebis. tandem adjicies Terebinthinæ Cypriæ ℥iij. & rurſum per tres unius horæ quadrantes bulliant, iterum miſcendo, tandem exprimantur ac ſ. u. ſ. a.

Aliud.

Modus præpar.

Ad humidi conſumptionem, intellige ad tertiam partem.

Vtimur hiſce Vnguentis ad ſcabiem, ut diximus, & capitis cumprimis tineam, ad ulcera quoque & vulnera tam recentia quam antiqua,

ad in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ad inflammationes & furunculos, aduſta, & morphæam. Aliqui (addunt Norimbergenſes) ad tela & globulos extrahendos quoque uſurpant.

Aliud.

Aliud.

℞. Ceræ
Reſinæ
Olei commun. ℔ iij.
coque in
Succi Tabacini ℔ iij. usque ad conſumpt. ſucc.
adde Terebinth. ℔ j.
miſce.

Modus præpar. *Accipe foliorum Tabaci recentium eam quantitatem ex qua poſsis ſucci libras novem habere. In mortario lapideo piſtillo ligneo tundes: deinde fortiter ſuccum intorquendo extrahes. Hujus ſucci non defæcati accipies libr. novem, unaque cum Cera minutim conciſa in lebetem conjicies, & igne lento concoques ad humidi conſumptionem dum ex novem libris tres remaneant. Tunc reſinam confractam injicies, & concoques ad alteram humidi peremptionem: deinde colabis, ut ſi aliquid fuerit arenoſitatis in reſina auferatur: poſtea Terebinthinam diſſolve omnia ſimul ſpatula lignea movendo. Tandem oleum addes, & igni*

Ad humidi conſumptionem, intellige ad tertiam partem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

& igni lento & levi, ne nigreſcat aut urâtur, ad craſsitiem juſtam concoques, & uſioni reſervabis.

Cerotum ex Tabaco.

℞. Succi Peti maris ℥ iij,
Ceræ citrinæ ℥ iij,
Reſini pini ℥ j s.
Terebinth. ℥ j.
Pulveris Ariſtoch. rotund. ʒ j s.
Olei myrthin. q. ſ. ad formandum Cerotum.

Aliud. ℞. Fol. Tabaci ℔ j. *Aliud.*
Axungiæ ſuillæ, inſulſæ, præparat. ℔ s.

Cola. exprime. Coque in vaſe duplici donec aquoſitate conſumpta in ſpiſſitudinem Unguenti redigatur. Iacobus Gohorius.

Aliud. *Aliud.*

℞. Folior. Nicotianæ ℔ s,
Succi eiusdem,
Olei commun. ana ℔ j,
infunde, & cola. adde
Ceræ,
Picis alb. ana ℥ iiij,
Terebinth. ℥ ij,
miſce.

Folia Nicotianæ quum juſtam magnitudi- *Modus præpar.*

 nem

nem fuerint adſequuta legantur, & à ſordibus purgata in mortario lapideo tundantur. poſt octo dierum ſpacio una cum vini rubri ſufficienti quantitate ad macerandum pone. Sequenti vero die ad mediæ partis conſumptionem igne lento concoque ſpatula aliquotiens ducendo. Deinde Oleum cum ſucco depurato decocto adjicies, rurſusque omnia coques, donec totum vinum evaporatum & aqueus humor herbæ in vaporem reſolutus fuerit, ut prius ſpatula inter coquendum movendo. poſtea probe per ſaccum cannabinum torquendo calide exprimes. Expreßioni vero Ceram diviſam fruſtillatim inijcies, liquatam ab igne depones. mox Picem albam quam tenuißime, pulverizatam permiſcebis. Vltimo Terebinthinam addes, totumque ſubactum ad uſum recondes.

Aliud. Aliud. Iohannis du Boys.

℞. Fol. abſinth. noſtri vulgar,
ſolani hortenſis,
portulacæ ſativæ,
Caprifolij,
Millefolij,
Polygonij maris,

Sem-

Sempervivi minoris floribus alb.
Plantaginis majoris,
Sempervivi major,
Betonicæ,
Verbenæ,
Rad. rubiæ major. ana M. iij.
Fol. apij M. v.
pimpinel.
Flor. hyperici.
Fol. Galiopſis, id eſt, Urticæ fœtidæ,
Centaurij minoris ſummitates,
Fol. Piloſellæ,
chelidoniæ ana M j s.
roſtri porcini.
Symphiti petræi ana M ij.
Rad. Symphiti major. ℥ v.

Per roſtrum porcinū dentem leonis vel caninam herbam à quibusdam caput monachi dictam intellige.

piſtentur herbæ & radices. bulliant una cum
Succi Tabaci herbæ ℔ ij,
Olei communis veter. ℔ IX,
ad conſumptionem humiditatis herbarum, tunc colentur. adde
Ceræ citrinæ ℔ ij,
Sepi caprini,
Reſinæ puræ ana ℥ xij.

Terebinthin. communis ℥ ix.

miſce fiat unguentum.

Secundum veram collectionem, nempe quum tempus opportunum erit, herbæ recentes legantur, nitidæ menſurataque incidantur ordine, & in mortario lapideo vehementiſsime tundantur. Deinde in fictili ſtricti oris bene cooperto cum quantitate Olei prædicta & ſucci Tabacini ſpacio unius diei, ut infundantur, lento igne fovebis. Infuſione peracta eodem igne ad totius humidi aquei herbarum & ſucci Tabacini conſumptionem coques: quo humido conſumpto panno cannabino maxime rudi, calide totum velociter extorquebis: calatum igni prædicto una cum Cera confracta & ſero caprino, ut liqueſcant, adpones; paullo poſt Reſinam pariter diviſam ſpatula ducendo. His liquatis & ab igne depoſitis Terebinthinam addes. Hoc itaque modo mundificatione hoc Vnguentum arte erit paratum, quod ad uſum ſervabis. Auguſto & Septembri menſe confici debet, eo quod hoc tempore herbæ maxime vigent.

Aliud. *Aliud.*

℞. Succi Nicotianæ ℔ j,

Ceræ novæ,

Picis,

Picis,
Reſinæ, ana ℥ iij,
Olei hyperici ℥ j,
communis ℥ iij,

Coquantur omnia usque ad ſucci conſumptionem. deinde adde

Terebinthæ Venet. ℥ iij,
Cola, & reſerva uſioni.

In vaſe Ceram fruſtillatim diviſam una cum Oleis igni levi ad liquandum expones: qua liquata Reſinam & Picem confractam injicies, ut ſimul fundantur. Tum ab igne ſepone, & ſtatim Terebinthinam infunde. Poſtremo depuratum Peti ſuccum coniunge, & commixtis omnibus coque ad ideam Vnguenti. Signum perfectæ coctionis tale erit. Accipias aliquid de decocto cum ſpatula lignea vel baculo, & injiciatur in carbones accenſos, ſi ſtrepitum nullum emittit, coctum erit; ſi vero emittit, non ſatis erit. Tunc ab igne ſepone, & calide linteolo tenui & forti probe exprimendo percola, & infrigidari ſinito. deinde in vaſe optime turato in uſum ſerva. Ἐγχείρημα.

Depuratio ſucci. Tabacum conciſum contunde in mortario. tuſo adijce buccellam bu- *Depuratio alia ſucci Tabacini.*

tyri vel alius pinguedinis. contere donec non appareat. Submittatur alia portio, & immiſceatur donec herbam totam pinguedo cepit. fiat maceratio biduana, quæ tamen urgente neceſſitate omitti poteſt. Poſtea coquatur in lebete ad humidi aquoſi abſumptionem. Ubi refrixit mediocriter, per colum exprimatur ſuccus cum pinguedine.

Oleum in vulner.

Clariſſimus vir & Medicus doctiſſimus D. Theodorus Zvvingerus p. m. ex ſeminibus Tabaci contuſis & per triduum in aqua ejuſdem plantæ, vel ſimplicis, maceratis in loco tepido, & deinde expreſſis parabat Oleum quod cum oleo Terebinthinæ plurimum commendabat in vulneribus & ulceribus. Eſt quoque vulnerarium in aduſtis & inflammatis utile. Norimbergenſes. Sed dicit Hippocrates de Vlceribus ſect. 6. Oleum & quæcunque mollitudinem & olei vim habent medicamenta, ulceribus minime conferunt, &c. habent enim vim emolliendi & humectandi. at vulnera ipſa maxima indigent ſiccatione, ergo caro mollis, humida, & ſanguinolenta nihil commodi percipit ex oleoſis, ſed omnia incommoda. & idcirco in vulnerum curationibus juxta Hippocratis, Galeni, & aliorum doctrinam non

Diffic. utrũ olea in vulner. curat. ſint admittand.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

non ſunt admittenda. Reſpondemus, Hippocratem, quum dicit Oleum nocumenti magis quam auxilij conferre vulneribus, intelligendum eſſe de nociva oleoſorum vi, quo ad regiam vulnerum ſanationem, non autem quo ad doloris mitigationem, ratione enim mitigationis doloris convenit oleum, quamvis ratione adglutinationis non conveniat. Nervi quidem punctura nullam poſtulat regenerationem ſubſtantiæ, & ſatis eſt ſi prohibeamus acrimoniam ſaniei, ex qua vel minima dolores, convulſiones, inflammationes & mille alia naſcuntur ſymptomata. Dicit Fallopius, Oleum diutius ac ſæpius incalefactum, recipit & acquirit ex hac crebra incalefactione vim ſiccandi, & hoc per longum fit uſum. Dicendum ergo quod Oleum non ſit remedium vulneris, ſed potius præſervativum auxilium adverſus imminentia ſymptomata, ut Galenus 6. method. capit. 2 teſtatur. Sed prolixitati parcentes lectorem qui, quæ de oleoſorum in hoc caſu, ut & in aliis non abſimilibus, uſu, plura ſcire deſiderat ad Galen. libr. de ſimpl. medicam. facult. relegamus.

Reſp.

Cur oleum aliarũ partium vulneribus obſit, nervis vero punctis proſit.

Elegans etiam eſt unguentum ſarcoticum Quercetani.

Aliud unguentum ſarcoticum.

℞. Suc-

℞. Succi Tabaci ℔ j.
Terebinth. ℥ v.
Ol. hyperic. compoſ. ℥ viij.
Vini albi generoſiſſ. ℔ s.
digerantur per dies octo. poſt decoquantur ad conſumptionem vini. tum adde
Colophoniæ,
Ceræ ana ℥ iij.
Mumiæ,
Carabes ana ʒ ij.
liquefiant ad ignem. & f. u.

Encheirema.

Succum Tabaci cum oleo hyperici in lebete igni lento excoque ad ſucci conſumptionem ſpatula adſidue movendo. deinde Ceram, & Colophoniam fruſtillatim diviſa, ut liqueſcant, inijcito: quibus liquatis lebetem ab igne ſepones & Mumiam cum Carabe ſeparatim tritam & lævigatam, ſemper ſpatha agitando, ut probe commiſceantur, conijcies; ijs optime commixtis ſubiges, eousque dum omnia ſunt incorporata & confuſa, ita ut alterum ab altero ſecerni minime poſsit. hac methodo unguentum ſecundum artem habebis.

Vngt. ad capitis vulnera.

Aliud unguentum ad Capitis vulnera.
℞. Succi pervincæ.

conſo-

Conſolid. maj. ana ℥v,
Nicotianæ ℥ viij,
Serpentariæ,
Plantaginis ana ℥ iij,
Olei Nicotianæ ℔ j,
coque ad formam Unguenti,
adde Viſci lumbricorum ℥ s,
Medullæ bovis crur. ℥ iij,
Mumiæ ℥ iiij,
Ceræ ℥ iiij,
fiat Unguentum ſ. a.

Debent Lumbrici terrena exinaniri fæce, ut ſupra docuimus, & aqua fontana ter aut quater, ſemper abjiciendo aquam & aliam innovando, leviter ablui, ut terreſtreitas auferatur. Cum jam præparati & cocti cum oleo Nicotianæ fuerint, Bovis medullam ſeparatim indes, poſt Mumiam. quibus jam concoctis & conſumptis, ſtatim ſuccos injicies, & ad horum conſumptionem coques. Poſthæc Ceram minutim inciſam immittes, & Vnguentum conficies.

Oſſa crurum bovis quo tempore ſint colligenda ad medullas extrahendas. Medullæ cruris bovis.] *Colligenda ſunt oſſa recentia cruris bovis in fine æſtatis & plenilunio, ne eis ſanguinis aliqua inſit ſuperfluitas; quanquam alij neglecto collectionis tempore, genus, ætatem,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ætatem, & colorem, magis obſervent: plurimum enim intereſſe quo cœlo, qua regione, nata, aut educata; ſitne item vetula, juvenca, aut adulta: quo itidem ſit colore (nam ex eo temperaturam licet conjicere) fulvo ſcilicet, nigro, an albo, exiſtimant. *Medullæ extractio & liquatio.* *Sunt autem oſſa frangenda ad medullam habendam (poteſt enim extrahi medulla ex ſpina qua durior & ſiccior eſt quam alia) quam purgabis à ſanguine ſuperfluo (ſi adſit) & in aqua frigida & limpida ter aut quater lavabis, aquam ſemper mutando. Deinde ponatur in fictili ſine aqua ſub dio, ut liquefiat, vel in vaſe duplici aut cineribus calidis; & quod liquatum erit, ſenſim linteolo transcolando effundatur in vas aliud, optimeq; cooperiatur, & uſui ſervetur in loco temperate frigido.* *Repoſitio.* *Sicque ad huius exemplum omnes aliæ medullæ præparari poterunt.*

Aliud. Aliud.

℞. Flor. æris,
Croci Martis,
Salis fuſi, ana ℥ j,
Succi parthenionis,
pervincæ ana ℥ ij,
Olei Nicotianæ ℔ ij.
Terebinth. ℔ j.

Ceræ

Ceræ ℥ iiij.

coque ad ſpiſſitudinem corpoream, & confice Unguentum ſecundum methodum, quam in varijs hiſce Unguentorum compoſitionibus tibi propoſuimus. iſtis enim modis ſi diligens inſtiteris, dubium non eſt, quin omnes Emplaſtrorum & Unguentorum formulas facillime expedias.

Flor. æris] *Flos æris fit quum æs in fornace liquatum, & in vas præparatum diffunditur, antequam plane concreverit, & frigidæ inſperſione, dum adhuc calet vapor, elevatur, qui laminæ ferreæ vel plumbeæ adhærens, (quæ orificio vaſis imponitur) facile à frigore coaleſcit: & veterum & neotericorum verus eſt flos æris.* *Flor. æris verus ut fiat.*

Croci Martis] *Bulchaſis, qui Servitor appellatur, Crocum ferri parare docet ex limatura ferri, decies, vel amplius, incandeſcente in lamina ferrea (vino exſtincta limatura, ſi placet) donec Croci colorem induat, & imbuat.* Aliter. *Lamina ferrea tenuis cande facta, aceto forti è vino ſæpe exſtinguitur, quousque acetum rubeat. Coagulatur in Crocum, qui in vaſe vitreato reverberandus eſt. Solet autem acetum illud prius colari, ut ſubtiliſsima pars relinquatur, quamvis ſola* *Martis Crocum conficiendi modus.* 1. 2.

 tranſeat.

tranſeat. Vel. *Bacilli ferrei aqua ſalſa conſperguntur, quo pacto ab anchoris marinis colligi ſolet; Crocus inſiſtens detergetur vel abraditur. Nonnunquam iidem ſolo igni utuntur, & quo purius ferrum, eo pulchrior Crocus abſiſtit.*

Salis fuſi præpar.

Salis fuſi] *modus conficiendi hic eſt. Salis in ignis ſtridor tollitur per toſtionem, vel fuſionem, unde Sal fuſum appellatur. Solvitur in vino albo. filtratur usque ad clarum. coagulatur. Coagulatum in catino vel vaſe teſtaceo operto ad ignem funditur fortiter. fuſum effunditur in conum, vel fiſtulam, aut canalem fuſorium. Iſtud eſt Sal fuſum.*

Sequuntur potiones vulnerariæ.

Potio vulneraria.

℞. Herbar. Nicotianæ M vj,
Serpentariæ,
Conſolid. aur.
Cyclaminis,
Chelidon. maj. ana. M j,
Agrimoniæ M. ij.

Omnia bene purgata pone in vinum recens, addito panis ſimilaginei tantundem, & permitte ſic digeri in fimo equino calidiſſimo, in veſica porcina probe ligata. renovato ſecundo & tertio.

Sumit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Sumitur mane veſperiſque hauſtus ejus unicus cum admixtione ſalis Peti.

Alia potio vulneraria. *Alia.*

℞. Rad. Ariſtoloch. ℥s.
Calami aromat.
Mumiæ ana ℥j.
Spermatis Ceti ʒj.
Pyrolæ.
Saponariæ,
Conſolid. maj. ana Mij.
Nicotianæ Mvj.
Vini q. ſ.
coque ea ordine ſupra dicto.

Pulvis fodicationes curans. *Pulvis fodicationes curans.*

℞. Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ ana ℥s.
Corall. alb.
rubr. ana ʒj.
Aloes hepat. ℥js.
Salis Tabacini ℥ij.
miſce.

Oleum Peti Vulneribus inſtillatum cum thure, alumine, vel Sale ejus, ea depurgat, & ad cicatricem *Cicatricē vuln. inducens.*

tricem perducit. idem ejus decoctum præſtat pro fotu, vel lotione adhibitum,

Succi & ſpiſſamenti uſus in vulneribus recentibus. Recentia vulnera, niſi juſto ſint profundiora, biduo perſanantur foliorum ſucco & ſpiſſamentis. Quod ſi in præceps profundum ſit vulnus, abluatur vino, & faſcia ex prædictis madefacta, abluatur. Profuerit etiam ad curationis compendium vulnus cum intus, tum foris, eodem ſucco abluere, ſedata prius inflammatione.

Hiſtoria. Non ita multo poſtquam Ulyxiponæ innotuiſſet Legato hæc Panacea, coquorum eius quidam pollicem ferme totum ſibi abſciderat. Oeconomus confeſtim ad Nicotianam confugit, qua aliquotiens vulneri adplicata, coquus integre dextroque Aeſculapio feliciter ſanatus eſt. *Nota.* Victus cumprimis in hoc, ut & in aliis, caſu, eſt habenda ratio, cui, ſi opus, accedat idonea purgatio, ut haut ſemel compertum exſtitit.

Salis vires in ulceribus malignis. Sal quoque Peti ad omnia maligna ulcera imponito; ſana faciet ſine dolore: ſed priusquam impones, lavato ulcus calida. Idem Sal erit in hoc adfectu innoxium mineralium corroſivorum loco.

Hiſtoria. Nobilis quidam, pater unius è Nicotij pedis ſequis,

ſequis, audita Nicotianæ fama, Ulyxiponam venit. Depaſcebat ei vero crus alterum inveteratum ulcus totum jam biennium. Is cum herbam præſcripta ab ipſo Legato ſibi ratione per dies decem aut duodecim adhibuiſſet, dextre ſanatus domum rediit.

Ad ulcera Luis venereæ ſordida Iulius Palmarius in opuſculo de morbis contagioſis commendat quod ſequitur. *Ad ulcera luis Venereæ.*

℞. Hordei integri p ij.
Nicotianæ,
Eupatorij,
Plantaginis,
Morſus gallinæ,
Roſar. rubr. ana Mj.

decoquito in aquæ ℔ iiij ad libras tres, & percolato:

adde Mellis roſat.
Syr. è roſis ſicc. ana ℥iij.
Aluminis uſti,
Calchant. uſt. ana ʒs.

miſce. ſ. a.

Ulcera præterea, Gangrænasque ſuccus inſtillatus, & folia trita impoſita, curant & adcicatricem perducunt (ut dictum eſt ſuperius) non modo *Vlcera & gangrænas pecudum ſanans.*

modo in hominibus, ſed etiam in animalibus, ut ipſa docuit experientia. Nam per univerſam Indiam frequentia ulcera vaccas, boves, & alia animalia infeſtant, quæ facile ob ſummam regionis humiditatem putreſcunt & vermibus ſcatent, quibus ſolebant inſpergere ſublimatum melioribus remediis deſtituti. Sed quum magno iſthuc væneat, plerumque quod vulneribus inſpergebatur pluris conſtabat, quam animal, quod curabatur, potuiſſet æſtimari. Quare Tabaci facultates in hominibus experti, illius etiam uſum ad putrida, fœtida, vermibusque ſcatentia animalium ulcera tranſtulerunt, atque adeo comperérunt, ſuccum inſtillatum non modo vermes necare, ſed etiam ulcera mundare, deinde ad cicatricem perducere; ideoque Indi Tabaci folia ſemper circumferunt.

Ad urticæ ictus.

Succum, aut ſpiſſamenta, aut viride folium ex fricatione madentem ſi quis manibus, aut corporis loco ex urticæ contractu aduſto adplicaverit, confeſtim læſionis dolorem amotum ac prorſus ſublatum ſentiet. Aeg. Everhardus.

Ad morſus canis rabidi.

Idem ſuccus rabidorum canum morſibus remedium præſtat, ſi ſtatim, vel quadrantem horæ poſt inflictum vulnus, exhibeatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Ad perimendum glires mureſque herba ipſa in aqua decoquitur, quam quum guſtaverint paulo poſt moriuntur. Colerus. Herbam ipſam Cimices necare ſi ſpondæ ea defricentur, Autor eſt Olivarius Serræus. *Mures gliresque perimens.* *Cimices necans.*

Pulmones marini, vulgo Pilei cryſtallini pellucidi, ſi caſu natantium ſcrotum tetigerint, intolerabili dolore excruciant: ſucco Tabaci perlinito dolor ſedatur, & citiſſime tollitur. Baptiſta Porta. *Pulmonum marinorū ictus ſedās.*

Folia & ſuccum cum ſpiſſamentis malum in equis ſerpens inſtar ſublimati curare noſtra experientia didicimus. *Malum equorum corrigens.*

Tollit & Equorum tibiis innaſcentes poros ſive callos. Iumenta clitellaria à ſarcinis attrita, aut gravius læſa, etiā ſi vulnus aut ulcera in cancrum vergant, ſucco aut ſpiſſamentis adhibitis, vel exſiccatæ herbæ pulvere, citra ullam alterius medicamenti opem ita perſanantur, ut ab itinere incœpto haut opus ſit abſiſtere.

Hactenus de Tabaci majoris latifolij ſpecie dictum fuit, duarum reliquarum vires neutiquam in uſum à Nobis traductæ, aut ſingulariter exploratæ ſunt. Crediderim tamen facultates earum, vireſque eaſdem eſſe, quæ Nicotianæ nobi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Nota. lis, ſeu majoris anguſti foliæ. Hoc obſervandum, quod radix primæ huius ſpeciei nulla ſui parte à medicis, (quod ſciam) in uſum adſumitur.

Epilogus. Hæc ſunt, Amice Lector, quæ ſubciſivis horis, & tantiſper dum à gravioribus negotiis reſpirare licuit, de Tabaco commentati ſumus; & breviter, quoad compendij ratio tulit, ſcriptis mandavimus. Hoc citra arrogantiam tibi vere adfirmare auſim, bonam. Me propoſitorum remediorum partem uſu & experientia exploratum habere. Tu ſi longa lectione plura ſelectioraq; obſervaris, his noſtris thecis inſeras, ut inde, quum uſus exigit, faciliori negotio evoces. Multa iis adjici poſſe non diffitemur, multaque, nec imprudenter, Nos præteriiſſe comperies; nec indecorum Varro putavit perfecto ſpicilegio ſpicam reliquiſſe. Si quædam dicta ſunt, quæ doctiorum ungue correctu digna videbuntur,

Horat. in art. poët. *quoniam quandoq; bonus dormitat Homerus,* ad caſtigationem vocabimus *more* ſcilicet *magnorum virorum* (ut de Hippocrate ait Celſus lib. 8. cap. 4.) *& fiduciam magnarum rerum habentium: Levia enim ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio multaque nihilominus habituro, convenit etiam ſimplex veri erroris*

roris

roris confeßio, præcipue in eo miniſterio quod utilitatis cauſſa poſteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante eſt deceptus. Etiam magni Autores quæ dixerunt non ſunt perfecta, (ut monet Quintilianus lib. 10.) *nam & labuntur aliquando & oneri cedunt;*

Nimirum omnes fallimur, neque eſt quisquam,
Quem non in aliqua re videre ſuffenum
Poßis. Suus cuique attributus eſt error.

Te igitur, Lector candide, obſecramus & obteſtamur, Noſtram ut eadem ratione Opellam hanc expendas, qua Tuam Ipſe à Nobis aliisque obſervari velles; meminerisque una mecum, quod veri amatorem ſolidæque doctrinæ cupidum decet, ἐξετάζειν καὶ μὴ συκοφαντεῖν. Si non infeliciter (quod optamus) hæc alea ceciderit, non tam maligna huius agelli ſors eſt, ut nimia defrugatione inanitus nihil præterea promittat. Tu interim bene vale & fruere, ac candide fave laboribus pro Te ſuſceptis.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

THRENODIA NICOTIANÆ.

ILLA Ego, Francorum regalibus inſita ſeptis,
Reginæ dicta Herba diu, vergentibus horis
Autumni flos notus, odore frondis honore
Adliciens animos, foliornm larga meorum,
Jllorum ſucco ſævos medicata dolores
Vulneris, & varios, tantum non integra, morbos,
Heu miſera, heu, trador crudis innoxia flammis,
Atque hoſtes oblecto meos! proh fata! quid hoc eſt,
Quod non morte mea morior; nec mî mea mater
Tellus hoſce oculos claudit; ſed flamma perurens
Me totam abſumit! Solo nunc nota Tabaci
Nomine; Reginæ nomen, nomenque NicotI
Aut Sanæ & Sanctæ (jam ſacra & debita flammis)
Amiſi, miſera, heu, tantum quæ ſervor, ut urar!
Ergo igitur, quoniam ingratus mea dona maligne
Spernis, homo, nunc jure bono tua gaudia damnans,
Poſtquam uris quod amas, & amatæ in funere plantæ
Exultas, cinerum adſiduis te addico favillis,
Quamdiu terrarum dabitur Solisque potiri.
Ortus enim eſt aliquis Noſtris ex oſſibus Vltor
Petuni Genius, qui quamdiu poſſidet arcem
Humanæ mentis, tamdiu rationis egena,
Seria ſeponens nil magni cogitat unquam;
Sed Noſtris adfixa rogis, fuligine tætra
Aëra conſpurcans exhalat opaca mephitim:

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Quæ non de Noſtro producta cadavere tantum,
Sed de neſcio queis fucis & fraude recenti,
Efficit, ut proprij pereat Mihi gratia odoris;
Gratia ſed maneat modo ſubciſiva, carere,
Qua nequeunt, quicunque favum fuliginis huius
Guſtarunt; nam ſic cum ſanis faſcinat ægros,
Ut morbo gaudere ſuo videantur; & optent
Usque frui fumo, prætextu ſive catharri
Sive alio adfectu; quum mens non ſana laboret,
Et Mihi det pœnas; nam fumus gloria prima,
Et deſiderium; ſed mî lacrumabile funus.
Hîc Te præ reliquis VVingandecauva *miniſtris,*
Teque Tabaſco *reas facio: tum quisquis in Orbe*
Occiduo ſuper es qui Noſtram ſubvehis herbam,
Ut paſcas fumo fatuos: Te devovet idem
Iſte Meus Genius, *Tibi ne ſuper ulla quietis*
Hora ſiet; ſed Francus, Iber, Britto, *atque* Batavus,
Dum lucroſa Tibi fingunt commercia; tandem
Servili tua colla jugo ſubmittere quærant:
Et merito: nam vos fumoſæ tegmine mercis
Sic dementaſtis populos, ut Martia corda
Nunc fumos ſolum ſpirent: tum munere veſtro
Omnis in hoc ſæcli noſtri conſiſtit honeſtas;
Flant cineres, ut multa ſpuant, fumoſaque ructent.
Vos Aſiæ, Europæ, genteſque Libyſtidos oræ,
Crudelitate levi quia ſacræ illuditis herbæ,
Et nidore meo gaudetis; ſolvite pœnas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Has Mihi, quod nunquam ceſſabunt triſtia bella,
Et quod nullus amor populos nec fœdera jungent :
Sed Vos tamdudum ſequar atris ignibus abſens,
Quamdudum inter Vos plus Noſtri pulveris hauſtus
Et cineris, Herbæ quam ſuccus, honoris habebit.
Barbaries terris ſuccedet; priſtrina virtus
Exilio ſe ſponte ſuo mulctabit amaro:
Nec Vos ante ſuo dignabitur Illa reviſu
Quam Bona Mens, *Noſtros tandem miſerata labores,*
Humano generi gratiſſima Diva *redibit.*
Tunc Mea ſtirps cultis ſecure creſcet in hortis,
Et Me non ignis ſed Fati finiet hora:
Tunc hominis, demum mucos cineresque peroſi,
Non ſentina magis, putrisque cloaca, Cerebrum,
Nec fumi, velut ante fuit, domus atque caminus,
Sed Rationis *erit ſedes: in ſeque reverſus*
Ceu poſtliminio tractabit ſeria Mundus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Erudito Viro

D. IOHANNI NEANDRO

Germano, Philoſopho atque Medico non è multis, ingenuam TABACI virtutem uſumque doctè ediſſerenti & enucleanti.

QVis novus hic Batavis exſurgens ſedibus hoſpes,
Quis vir odoriferis Batavum ſuffitibus orbem
Imbuit, immenſum incenſurus odoribus orbem?
Tune NEANDER *is es? qui nunc toto orbe mephitim*
Voluere odoriferam, Cœlumque involuere ſumas?
Europæ populis, ipſiſque ſtupentibus Indis;
Qui ſibi iure volunt Stirpis plantaria Sacræ
Deberi? facinus pulchrum! me iudice, Plantæ
Gangeticæ indigenas Indos, omneſque docere
Terrarum indigenas virtutem uſumque, potentis
Stirpis & aureolas dotes in luminis oras
Ferre! opus invidiæ expoſitum! non Inda, nec ipſa
Serica gens potuit! Septem ſubiecta trioni
Gens nunquam auſa nefas! quæ inſanùm Stirpis odoro
Halitui indulget, quæ gens quàm diu halitus erret
Ore, hunc nare legit. Tibi Scriptori Herba merenti
Sancta datur, fruſtrà Nemauſenſi illa parenti:
Nec Regina tuo de nomine poſtera dicent
Secula, & incaſsùm peregrinis vocibus; illa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Voce nova luſtris labentibus illa NEANDRI
Herba per omnigenas mundi vulgabitur oras.
Et meritò, gens Inda quidem Sacra ſemina terris
Seraque committunt, rigat & gens Mexica, verum
Germano incrementa trahit cultore NEANDRO,
Ingenua, & nova, docta, orbique ignota priori.
Vnde honor & laudes & læto gloria vultu
Rara NEANDRE *tuos ultra Garamantes & Indos*
Te vectura, novum faßuros Stirpis alumnum,
Cultoremque, patremque tuum; cui plurima tellus
Laurea ſerta parat, cui gens perplurima Plantæ
Haud timet indulgere, Herbæ virtute retectâ
Germanâ, virtute tua: quâ haud ſanior Herba
Heſperijs iam nota, Eoæque agnita genti.
Macte iſtac virtute, cui gens Indica Plantæ
Fumiuomæ faſces ultrò cum gente Batava
Jam deferre ardet, cui gens prædoctior orbis
Accinit; en meritos iam nunc gratantur honores
Africa gens, Aſiæque ingens, Europaque, & omnis
Delicias ſenſura tuas tellure marique
Abs te docta. Sed heus! ſuffitu plurium ocellos
Præſtrinxiße putas? ſtomachum & mouiſſe? triumpha!
Hoc virtutis opus! ſolet à virtute dolere
Invidiæ vis victa! iſtâc tu macte triumpha!

honoris ergo ſcripſi

H. DELMANHORSTIVS M.

AD LECTOREM.

SIcuti unum hoc (benigne Lector) deditiſſima egimus opera, ut hæc Noſtra qualiacunque nitidiſſima prodirent ac caſtigatiſſima: ita & ſerio advigilavimus, ut ita prodirent, ne quid jure deſiderare poſſes. Sequentes igitur haſce literas ab Amicis aliquando ad Nos ſcriptas huic materiæ adnectere operæ precium viſum fuit; idque hoc ſub prætextu & ratione, quod in illis quædam reperiantur luce digna & cognitione etiam aliorum. habebis in Tabacologia hacce locum ubi plurima ex ijs loces. Interim officium hoc Noſtrum vel excuſa, vel, quod malim, ama. Ego te; & ſalve.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Clariſſimo Doctiſſimoque Viro

D. IOHANNI NEANDRO,

Philoſopho & Medico S.

LIteras tuas, *Clariſſime Domine Neander, accepi, è quibus intellexi, te Tabacologiam tuam jam ferè abſolviſſe, & jam ſolummodo meum judicium de quibuſdam quæ nuper præſens mihi dixeras, expectare: conabor itaque pro viribus breviter de ijs meam opinionem indicare. Tres hujus herbæ ſpecies in horto meo habeo; Prima eſt, quam D. Car. Cluſius Petum Latifolium appellat: Altera, quam Idem Petum anguſtifolium nominat: Tertia, quam ferè omnes rei Herbariæ ſcriptores ſub nomine Hyoſcyami Lutei deſcripſerunt. Habui præterea ante quatuor, vel quinque annos prioris ſpeciei alterum genus, cujus folia æque longa ſed dimidio anguſtiora erant, folia ſuis proceſſibus caules etiam amplectebantur, ſed perijt illa planta hyeme antequam ſemen matureſceret. Secundæ verò ſpeciei alterum genus memini me vidiſſe ante triginta annos Lugduni Batavorum in horto doctiſſimi & humaniſſimi viri Ioh. ab Hogelanden, cujus effigiem exhibet M. Lobelius nomine Tabaci minimi. Omnes has ſpecies exiſtimo nobis primum ex Americâ delatas, nec ante illarum regionum detectionem hiſce regionibus cognitas, niſi fortaſſe tertia ſpecies cognita fuerit. Tabaci nomen ab Hiſpanis huic herbæ inditum eſt, nam Americanis* Picielt, *Braſilianis* Petum,

Scholijs in cap. 14. Nic. Monard.

Obſerv. pag. 316.

tum, *Incolis Hiſpaniolæ Inſulæ* Perebecenuc *vocatur. Sed deinde aliqui Europæi viri nobiles, herbæ hujus inſignes vires experti, veterum Regum, & Reginarum exemplo, à nomine ſuo hanc herbam denominarunt, ut ſic nomen eorum cum herbâ quotannis renaſcendo immortale redderetur. Ad Gallos primum detulit* Ioan. *Nicotius Regius aliquando in Luſitaniâ Orator, qui eam à ſuo nomine* Nicotianam *appellavit, & quia Reginæ dederat etiam a nonnullis* Herba Reginæ *vocata eſt. Italis, ut teſtatur Andr. Cæſalpinus,* Tornabona *nominatur, quod Nicolai Tornabonij Antiſtitis, & ad Regem Galliæ Legati, operâ tranſmiſſa ſit. Anglis quis primum ejus uſum monſtraverit ignoro: ſuſpicor tamen ad eos detuliſſe Franciſcum Draeck ſecundum orbis terrarum circumnavigatorem. Apud noſtrates herba diu cognita fuit, modum tamen hauriendi fumum per infundibula, vel contorta folia, ut Petrus Pena deſcribit, nunquam videram ante annum circiter* 1590. *cum Lugduni Batavorum Medicinæ operam darem, tum primùm animadverti ſtudioſos Anglos, & Gallos fumum ſugentes; quos cum imitari vellem, ut ejus herbæ vires experirem, excitavit mihi magnam commotionem alvi, & ventriculi, tantamque temulentiam, ſive vertiginem, ut proximum ſulcrum arripere coactus fuerim; non diu tamen duravit. De formâ & viribus Tabaci nihil ſcribam, quia autores jam citati, tum neoterici botanici ferè omnes ſatis hanc herbam ejuſque admirabiles virtutes deſcripſerunt: appellant* Panaceam, Sanaſanctam, & Herbam ſanctam. *Paulus Renealmus* βλεννοχοῖς *nomen, ab effectu, indidit.*

Lib. 8. de plantis cap. 43.

Circa annum M.D. LXXXV.

Adverſar. pag. 252.

Specimine Hiſtor. Plantarum pag. 38.

Utta-

Ut tamen breviter tuæ queſtioni ſatisfacere poſſim; dico me exiſtimare hanc herbam calidam & ſiccam eſſe, & inter valide purgantia referendam, nullamque venenatam qualitatem habere: cautè tamen, nec niſi in robuctis corporibus ejus ſucco, aut infuſo ad purgationes moliendas utendum: Idemque judico de pulvere naribus indendo, & de fumo ore per tubulos fictiles hauriendo: exiſtimo enim ijs poſſe ſuppleri vices errhinorum, maſticatoriorum, & apophlegmatiſmorum: quibus medici ſæpè, & magno cum ſucceſſu olim utebantur, hodieque non raro utuntur. Has tamen facultates, & pituitæ eductionem non ad Calidam, & ſiccam temperiem, ſed ad occultam proprietatem referendas cenſeo. Nec videtur mihi veriſimile fumum Tabaci ad ipſam Cerebri ſubſtantiam, multo minus ad ejus Cavernas, ſeu ventriculos poſſe pervenire, ſed exiſtimo virtute medicamenti pituitam è cerebro per pelvim & glandulam pituitariam attrahi, quemadmodum ferrum à magnete trahitur. Si de occulta medicamentorum facultate plura deſideras, conſule incomparabilem Fernelium & Ioh. Langium, aliosque medicos. Multa adhuc in rerum natura abdita latent, quorum cauſas perſpicaciſſimi Philoſophi, & medici nullâ ratione aſſequi queunt. Unicum ejus rei exemplum tibi propono, cujus cauſam ex te quæro, & an apud aliquem idoneum autorem eâ de re quicquam legeris. Indidi aliquando oculo ægri collyrium quod inter cætera aloën habebat: ille paulo poſt dicebat, jam mutatum eſt medicamentum, & aloë additum: ſaporem enim ejus percipio; ego juſſi ut guttam oculo meo inſtillaret, & paulo poſt ſaporem aloës in palato percepi. Deinde

De abd. rer. cauſ. lib. 2. cap. 2. & 17. Epiſt. Med. 18. lib. 2.

ut certior eſſem, confeci Collyrium ex Aloës dr. ß & aq. roſaceæ dr. ij. tepidè miſtis ut aloë diſſolveretur: Juſſi guttam inſtillari oculo meo, & intra horæ ſpacium tam perfecte ejus ſaporem percepi, ac ſi linguæ inſtillaſſem. Cœpi tunc primum attentius conſiderare ſententiam Galeni, qui dicit eſſe foramina in oculorum angulis circa naſum, per quæ medicamenta ocularia plerumque à multis exſpuuntur, aut emunguntur: quem eo nomine reprehendit Realdus Columbus; qui dicit, ſibi id hactenus experiri minimè licuiſſe. Ego qui non ſolùm à diverſis ægris id intellexi, ſed etiam in meipſo expertus ſum, ſentio cum Galeno, medicamentorum ſapores poße penetrare ab oculis ad palatum: cum tamen nullum manifeſtum meatum in ſectionibus tam privatis quam publicis invenire potuerim, cum Columbo dicerem, talem meatum non inveniri: ſed exiſtimarem potius vires & ſapores medicamentorum occultâ aliquâ vi oculorum membranas & glandulas lachrymales penetrare.

Lib. 10. de uſu part. cap. 11.

Lib. 1, de ſecundo oſſe maxillæ ſup.

Sed ut ad Tabacum redeam: ſunt qui herbam hanc, & præcipue ejus fumum exiſtimant eſſe Alexipharmacum ſive antidotum contra luem venereum: meâ opinione longè à ſcopo aberrant: nullum enim meliorem præcautionis modum à lue illa inveniri poße exiſtimo, quàm vitare Venerem & ejus pediſſequas, nec adire Lupanaria, & Crypta, ubi ejus ſacra celebrantur. Illis verò qui dono Caſtitatis deſtituuntur conſulerem uti remedio, quod Apoſtolus Paulus in medium conſulit, cujus remedij inſtitutorem eſſe Deum Omnipotentem generis humani creatorem, ſatis declarat Moſes. Sed ijs qui humana imbecillitate lapſi hanc luem contraxerunt, potius

Epiſt. 1. ad Corynth. cap. 7. verſ. 9. lib. Gen. cap. 2. verſ. 20.

Guajaci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Guajaci quam Tabaci uſum recommendarem. Sufficient hæc de Tabaci laudibus, ſupereſt ut calamum vertam in ejus vituperatores: hoc tamen obteſtor, me nolle patrocinari ijs, qui hac herba, aut ejus fumo abutuntur, quique ſine ulla neceſſitate, omni fere tempore, & hora hauriunt: hos comparare poſſemus helluonibus qui ſe putant ad fruges conſumendum natos, quique quo plus bibunt & edunt, eo magis putant ſe ſitire & eſurire, averſanturque ſobrietatem, æque ac illi qui pica & malacia laborant, potiones medicas quæ ejus morbum curare poſſent. Qui hanc herbam vituperant dicunt, ideo damnandam quod apud Barbaros proveniat, & ab Hiſpanorum mancipijs primum inventa & uſurpata ſit: tum quod ejus fumus ingratum odorem, & ſaporem relinquat, utentes temulentos reddat, & Cerebrum corrumpat: Contra hos conabor exemplis demonſtrare, non ſolum medicos iſtiuſmodi rebus quæ apud Barbaros proveniunt, aut etiam amaris, ingrati ſaporis, fœtidis & fumo frequenter uti: ſed etiam multos homines exotica medicamenta cibis quotidie pro condimentis immiſcere. An illi qui ideo damnandum exiſtimant quia apud Barbaros proveniat, non conſiderant etiam ſaccarum, Zinziber, Piper, Cinnamomum, nuces myriſticas & innumera alia aromata apud eaſdem gentes provenire? quorum tamen tantus ubique eſt uſus, imo ſæpiſſime abuſus, ut cibus, vel potus vix ſuavis iudicetur, cui nihil iſtorum admixtum ſit: Ut interim taceam de Rhabarbaro tam utili medicamento, quod non ſolum nomen a Barbaria traxit, ſed cujus planta nullibi in Chriſtiano orbe provenit, quamvis nonnulli Lapathum rotundi-

tundifolium, vel alias plantas perperam eo nomine appellant. Utimur ſimiliter in medicamentis Laſerpitio, ſive aſa fœtida quod apud Barbaros etiam provenit tantoque fœtore nares ferit, ut inde à Germanis Teufels Dreck / *id eſt Stercus dæmonum appelletur: nihilominus tamen per totam fere Indiam non ſolum pro medicamento, ſed etiam pro optimo condimento cibis immiſcetur, proque Deorum cibo habetur cui teterrimus hic ſuccus admixtus eſt: cujus lepidam hiſtoriam refert Garcias ab Horto.* (Arom. ſimplic. Hiſtor. cap. 3.) *Hinc videre potes verum eſſe hoc adagium: Quot homines tot ſententiæ: nos pro medicamento utimur, Plinius interdum noxiam putat,* (Lib. 22. cap. 23.) *Indi pro Ambroſia, Luſitani pro cacadæmonum Cibo, Germani pro ejuſdem Oleto habent. Si Diogenes celebris ille Cynicus Philoſophus (& quia Græcus illorum judicio minime Barbarus) reviviſceret, ſannis nos exciperet, diceretq; nec nobis ſaccharo, Zinzibere, &c. nec Indis aſſa fœtida, pro condimentis opus eſſe, ſufficere, ſuo exemplo, lupinos pro cibo, & aquam, vini loco, poſſe ſitim ſedare, denique dolium ſuum omnibus ædificijs præferret. Hujus ſententiam approbaret Lucianus qui Timocli Philoſopho dicit:* (Dialog. de Mercede conducet.) *Noveris Te hæc omnia, genus, libertatem, progenitores ante limen relinquere, quum in huiuſmodi ſervitutem temet ipſum addicens in ædes ingrederis. Siquidem libertas tibi comes ire recuſarit, &c. & paulo poſt. Vſque adeone te lupini, aut holerum agreſtium tenuit penuria? uſque adeo tibi defuerunt fontes frigida manantes aqua, ut per deſperationem ad iſta devenires? &c. Sed quid his immoror cum Græci ipſi fateantur, ſeſe omnes artium ingenuarum diſciplinas à Barba-*

ris ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ris accepiſſe, & medicinam ab Ægyptijs (quos illi etiam Barbaros appellant) didiciſſe : qui etiam fatentur non pauca ab animalibus ijs monſtrata fuiſſe: ut venæ ſectionem ab Hippopotamo bellua Nili, & clyſmatum uſum ab Ibide ave, præterea multas herbarum vires ab animalibus inventas. Ioh. Langius lib. 2. Epiſtol. medic. Epiſt. 2.

Sunt qui præſtantiſſimam hanc herbam odio proſequuntur, & qui fumum calumniantur, cum tamen medici ſæpiſſime non ſolum rerum odoratarum fumo, ſed etiam fœtidarum nidore magno cum ſucceſſu ad ſymptomata mitiganda, & morbos curandos utantur: Dioſcorides enim ſcribit, Tuſſilaginis folia ſicca incenſa, ſiccas tuſſes, & in difficultate ſpiritus, non niſi recta cervice ſpirantes ſanare, in quem uſum hiantes fumum ore excipiunt, & tranſglutiunt. Et Plinius: de Tuſſilagine: hujus aridæ cum radice fumus per harundinem hauſtus, & devoratus, veterem ſanare dicitur tuſſim. Lib. 3. cap 117. Nihil itaque novi eſt, ad depellendos morbos fumum naribus excipere aut ore haurire: Lib. 26. cap. 6. ſed cum Latini per arundinem, Græci, ut quidam Dioſcoridis interpretes volunt, per infundibulum, Americani per convoluta folia, fumos haurire conſueti fuerint; laudanda profectò eſt Anglorum ſolertia, qui fictiles tubulos (ſi modo illorum hoc inventum eſt, & non Barbarorum) ad fumum hauriendum aptiſſimos invenerunt. Aliqui omnino damnandam hanc herbam exiſtimant, quia ejus fumus temulentiam excitat: ſed hallucinantur meo judicio: cum is moderate ſumptus, præcipue ijs qui aſſueti ſunt, nullam temulentiam faciat, tum etiam ideo, quod lævior hæc ſit, & citius diſcutiatur quam illa quæ à vino contrahitur.

Rigidiſſimi iſtiuſmodi cenſores deberent potius (exemplum Mahumetis ſecuti) omnem vini uſum hominibus interdicere : quia multæ cædes, ſcortationes, & adulteria ab ebrijs committuntur. Multo profecto mitius cum Iudæis egit Moſes illorum Legislator, qui quamvis ipſe ſcripſerat Noë primum vitis plantatorem, cum de vino illius bibiſſet, parum verecunde, vel nudum dormiſſe, & Lot cum vinum bibiſſet, inebriatum cum duabus filiabus inceſtum commiſiſſe : tamen vinum aut potum inebriantem ſolummodo interdicit ſacerdotibus quum ingreſſuri eſſent tentorium conventus, & Nazaræis. Et quamvis ſacra ſcriptura multis in locis ebrietatem abominetur : nihilominus tamen vinum laudat, dicitque quod lætificat Deum & homines. Tanquam vita eſt vinum hominibus, ſi moderate illud ſumatur. Quænam vita eſt homini qui deſtituitur vino? creatum enim eſt ad lætitiam hominibus. Exultationem cordis, lætitiamque animi efficit vinum potum tempeſtive quod ſatis eſt. Plurima præterea exempla è Medicis, Philoſophis, & Poëtis adferre poſſem ad demonſtrandum illos vini uſum (propter paucorum abuſum) in totum non condemnaſſe. Sed ipſa experientia ſatis docet, nullam eſſe regionem cui natura vinum denegavit, cujus incolæ non aliunde vinum accerſant, aut ſaltem ipſimet aliquod ſuccedaneum è frumento, aut alijs herbis, vel ſeminibus conficiant. Turcæ, & Arabum atque Indorum maxima pars qui Mahumetis dogmata ſequuntur, Opio vini loco utuntur, non ſolum ad exhilarandum, laſſitudinem ex laboribus animique faſtidia tollendum, ſed etiam ad inebriandum : adeoque

Gen. 9. cap. 20. verſ.

Geneſ. cap. 19. verſ. 30.

Levit cap. 10. verſ. 9.

Numer. cap. 6. v. 2.

Iudic. cap. 9. v. 13.

Eccleſ. cap. 31. verſ. 30.

Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. dierum Genial.

ſeſe Opio aſſuefaciunt, ut ſine vitæ periculo deſueſcere nequeant: cujus rei memorabilia exempla habes apud Chriſtophorum à Coſta & Garciam ab Horto. Quid itaque admirandum eſt quod nonnulli Tabaci fumum tam liberaliter ſumant, habeantque pro præclaro omnis luctus, ac mœroris antidoto in ſuis periculoſiſſimis itineribus, quemadmodum Menelaus, & Helena vinum Nepenthes quod Ægyptiorum Regina, ipſos conficere docuerat cum tempeſtatibus eo dejecti eſſent: cum illi Opium nulla coloris elegantia, odoris ſuavitate, aut ſaporis gratitudine recommendabile medicamentum, quod omnes Medici uno ore, non ſolum inter narcotica ſive ſtupefacientia, ſed etiam inter venenata medicamenta recenſent: cujusque vix pauca grana eaque alijs medicamentis correcta, & niſi ſumma neceſſitate urgente exhibere audent, à viginti ad quinquaginta grana, & ut ille refert, de quodam Coraſone, ad Dragmas decem quotidie ſumant.

Hiſt. Arom. cap. 2. Simpl. Hiſt. cap. 4.

Ad poſtremam tuam queſtionem quod attinet; ſcilicet an D. Pauvvius invenerit nigram cruſtam (è fumo Tabaci contractam) in cerebro cadaveris à ſe diſſecti, uti Tu Te à D. D. Raphelengio intellexiſſe dicis, ego plane ignoro: cum hoc affirmare poſſim, me jam hic Delphis apud Batavos diverſa cadavera publice in theatro ſecuiſſe, poſteaquam hic uſus (vel potius abuſus) Tabaci uſque adeo invaluit; inter quos (quod memorabile eſt) fur ille vecticularius cujus ſectioni Tu etiam ante triennium interfuiſti; quiq; inter fumiſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

gas celeberrimus fuerat; qui etiam poſt acceptam mortis ſententiam, ipſaq́; mortis hora, à carnifice & lictoribus pro ſummo, uti æſtimabat, beneficio Tabaci fiſtulam impetraverat: in illis tamen me omnes cerebri partes, proceſſus, ductus & ventriculos diligenter examinaſſe, & nihil tale inveniſſe. Hæc ſunt, clariſſime D. Neander, quæ tibi ſi non qua optarem brevitate, ſaltem obiter ſcribenda duxi. Tu ſi quid habes de Tabaci viribus, propropria experientia & uſu comprobatum, rogo ne ſupprimas, ſed in artis utilitatem promas: nec te moveat Plinij autoritas, qui omnia exotica & compoſita medicamenta damnat: multoque minus Catonis & veterum Romanorum rigiditas; qui omnes Medicos & Philoſophos Urbe pellebant, deterreat: ars enim non habet inimicos niſi ignorantes. Propter morbos Medicina inventa eſt, ægrotorum miſeria, & dolores ſæpe intolerabiles, faciunt, ut medicorum opem implorent: at penuria blandium, & ſecure purgantium medicamentorum, noſtræ patriæ, cogit nos exoticis uti: ſed cur non utemur ſi modo id faciamus tempeſtive & caute, in uſum ægrotorum: idque cum gratiarum actione: conſiderantes Deum tam illa, quam hæc in uſum hominum creaſſe, illumque voluiſſe, ut non omnia ferret omnis tellus, ut ita unus alterius ope indigens, mutuus amor per commertia coleretur; fœliciſſimumque illum æſtimo, qui his omnibus Dei donis, tam ad nutritionem corporis, quam ad ſanitatis conſervationem, & morborum curationem creatis, tempeſtive & temperate uti novit: faxit Deus ut nos inter illos numerari mereamur. Vale, & ſaluta meo nomine ho-

ſpitem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ſpitem tuum Chriſtianum Porretum. Scripſi Delphis apud Batavos menſe Octobri anno 1621.

Tibi addictiſſimus
GVILHELMVS DE MERA,
Medicus apud Delphenſes
ordinarius.

Clariſs. Doctiſs. Viro

D. IOHANNI NEANDRO,

Bremenſi, GVIL. vander MEER
Hagienſis S. P. D.

REſponſum tuum ad poſtremas meas literas, quibus Te ad inſpectionem Anatomicæ noſtræ ſectionis invitabam, ut in ſubjecto Philocapni iſtius furis vecticularij, quod tunc præ manibus habebam, præſens proprijs oculis inſpiceres, quid judicandum ſit de illa quæſtione; an in Cerebro cadaverum fumiſugorum aliquæ fuligines, aut cruſta nigra, inveniantur, die 12. menſis Decembris anni 1621. accepi. Scribis Te propter alias occupationes non poſſe adeſſe, & petis ut Te de eventu certiorem faciam. Addis etiam te intellexiſſe D. Pauvvium P.M. aliquan-

 doſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

do ſubjectum ad anatomen adhibuiſſe, cujus olfactus plane ac omnino erat deperditus, idque quoniam ne veſtigia quidem mammillarium apparebant proceſſuum, quod ipſum præ immodico Tabaci hauſtu in dicto corpore accidiſſe non inanibus colligebatur conjecturis. Ego ut ingenue dicam quod ſentio: Non exiſtimo vitia, ſive naturæ errores, quæ medici inter morbos conformationis numerant, ſive ſint in defectu, ſive in exceſſu, aut etiam in ſitu partium, debere referri ad uſum Tabaci, aut aliorum medicamentorum. Si enim in illo ſubjecto deperditus erat olfactus, quid mirum? cum proceſſus mammillares olfactus inſtrumenta deeſſent. Scribit Realdus Columbus, ſe inſpexiſſe, & diſſecâſſe Lazarum Vitrivorum, qui dum viveret nullo prorſus guſtu præditus erat, devorabatque inſipida, amara, dulcia, acria, ſalſa, pinguia vitrum, ſaxa, lutum, carbones, &c. invenitque quartam conjugationem nervorum, quæ guſtus gratia in alijs hominibus producta eſt, in eo neque ad palatum, neque ad linguam reptare, ſed ad occipitium. Diſſecui ego publice anno 1614. menſe decembri Piratam natione Britannum in cujus inteſtino tenui, Ileon appellato, inveni appendicem, ſive proceſſum ſex tranſverſos pollices longum, qui latitudine ſive capacitate ipſum inteſtinum ſuperabat, diſtans a fine Iejuni, ſive ilei principio, quatuor pedum longitudine, qualem

Lib. XV. de ijs quæ raro in Anatome contingunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

antea nunquam videram: præterea ſutura ſagittalis in cranio non apparebat, ſed in utroque latere in oſſibus ſyncipitis foramen aderat, per quæ proceſſus duræ meningis prodeuntes ipſam meningem ſuſtinebant quemadmodum in alijs per ſuturas facere ſolent. Deinde menſe Martio 1615. iterum publice ſecui mulierem ferme ſexagenariam propter adulterium inceſtuoſum ſtrangulatam, in qua inveni, venis portæ ſphleneticis juxta ſplenem duas glandulas adnatas, unam nucis juglandis magnitudine, alteram paulò minorem ejuſdem ſubſtantiæ & coloris cum liene: tum quod magis admirandum, in interiori parte dextra duræ meningis, verſus proceſſum falciformem, (qui dextram partem cerebri à ſiniſtra dirimit) adnata erant ſex oſſicula lata, & compreſſa quorum nonnulla 4. alia 5. aut 6. prominentias cuſpidum acicularum inſtar acutas habebant, quæ tenuem meningem compunxerant ut apparebat ex ulcuſculis, & ſanie ibidem exiſtentibus; adeo ut dubitandum non ſit quin (ſi mulier quę ſemper dolore capitis laboraverat diutius vixiſſet) graviora ſymptomata ſuperveniſſent. Non tamen veriſimile mihi videtur illa oſſicula e fumo Tabaci nata fuiſſe; uti & illa foramina vel obliteratio ſuturæ ſagittalis in Britanno illo. Refers etiam, Te intellexiſſe, Doct. Pauvvium P. M. in primis ſuis Anatomicis adminiſtrationibus, Iuvenē ſecuiſſe robuſtum ac cætera ſaniſſimum, cujus cerebrum plane erat obſitum atris fuliginibus,

causam

cauſam ejus rei D. Pauwio indaganti, & ad maniam aut alium capitis adfectum id accidens referenti, reſponſum ab ijs qui Iuvenem illum noverant non valetudinarium eum unquam fuiſſe aut ſontico morbo laboraſſe, ſed aſſiduo Tabaci uſu ita adſuetum ut raro dieculam intermitteret quin auram illam fuliginoſam hauriret: hinc non temere ſuſpicabatur D. Pauwius congeriem illam fuliginum in cerebri cavitatibus factam. Ego quamvis ea de re valde dubitem ob rationes nuper ad te ſcriptas; tamen ſi re vera inventum ſit cerebrum nigricans, potius ad morbum, quam ad fumum referendum exiſtimo. Confirmat meam opinionem quod ſcribis Roterodami in Capite Architabaccarij ſuſpenſi nullam corruptelam aut fuliginem inventam fuiſſe. Tum potiſſimum quod jam multos fumiſugos diſſecuerim tam publice, quam privatim, in quibus omnibus nunquam aliquid invenire potui, quod ullam vel læviſſimam fuliginis, aut nigredinis notam vel ſuſpicionem præbere poſſet: cum tamen certo certius conſtet hunc, quem jam menſe Decembri proxime elapſo ſecui, adhuc fumum Tabaci hauſiſſe ipſa mortis hora, id eſt poſtquam ſententia mortis ipſi pręlecta eſſet, quemadmodum etiam fecerat gibber ille de quo nuper tibi ſcripſi. Examinavi & perſcrutatus ſum in illis omnes cerebri partes, ductus, ventriculos, proceſſus mammillares, glandem & pelvim pituitariam, nihilque tale inveni quod me a con-

concepta opinione dimovere poſſet. Quamvis ergo abuſum Tabaci minime laudare poſſim, tamen moderatum ejus uſum, interdum illis qui pituitoſi ſunt, præcipue ijs qui ejus fumo ſeſe aſſuefecerunt, commendo ad pituitę è cerebo eductionem, nullam inde noxam metuens, ipſe autem non utor, idque quia ſatis proſpera ſanitate (Deo propitiante) hactenus uſus fuerim: & bis ante multos annos expertus ſim, fumum iſtum mihi magnam commotionem & temulentiam aliquam efficere. Ad reſponſum Tuum quod attinet de penetratione oculariorum medicamentorum, ſcribis extra omnem dubitationem eſſe quod inveniantur foramina in cranijs circa naſum in oculorum angulis: hoc equidem vidi in omnibus noſtris ſceletis, ſed illa ſunt in ſuturis, quibus oſſiculum illud, quod Columbus ſecundum maxillæ ſuperioris nominat, cum Cranij oſſibus conjungitur, per quæ venæ, arteriæ, & nervi tranſeunt. Sed loquor de membranis quibus oſſiculum illud tegitur, ibi enim nullum manifeſtum meatum inveniri dico cum Columbo.

Vale V. C.

Raptim Delphis apud
Batavos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

S. Doctiſſime

D. NEANDER.

ACcepi Tabacologiam Tuam quam tranſmiſiſti mihi typis propediem evulgandam. Petis ut aperiam Tibi quid de Tabaci etymis ſentiam; paucis ſcribam quid mihi videatur: igitur ad nomenclaturas quod attinet, hæc habe. Onoſma ſeu Onoſmio Æginetæ qualis ſit herba mihi non liquet. Scio à pleriſque Onoſma vocari Anchuſæ ſive Bugloſſi ſpeciem, ſed an ea verum ſit Onoſma veterum, necne, æque mihi ac illis incertum: Certi enim quid de veterum autorum nominibus, quæ illi herbis tribuunt, velle pronunciare, eſſet clara inſaniæ noſtræ confeſſio; aut ſaltem ignaviæ ipſorum (veterum inquam) nimis officioſa excuſatio, qui herbarum notas accurate deſcribere aut neglexerunt, aut poſteris inviderunt. Quod autem Guilandinus Onoſma nominet, fortaſſis accidit eò, quod quiſpiam ambitioſus botanicus ſemen aliquod exoticum tranſmittens Patavium, ſchedulæ ſuæ Onoſmatis nomen adſcripſerit, vel quod ipſe ſemen illud Onoſmatis eſſe putârit, vel tale videri voluerit; ut ſunt quidam Botanici ridiculè novorum nominum aut ſaltem ſpecioſorum amantiſſimi; & ſe pro imperitis habitum iri putant, ſi vulgari vocabulo utantur. Poteſt fieri, Onoſma dictum fuiſſe ab odore aſinino, qualem in Cynogloſſa quidam percipiunt, qualemque in Tabaco tam viridi quàm ſicco ejusque fumo etiam animadvertere ſe dicunt: ſed

non

non ringantur ideo Tabaci amatores; aſini enim non in India ſolum, ſed etiam in Italiâ Siciliaque gratum quemdam ac moſcho perſimilem odorem naribus quorundam hominum non prorſus inelegantium adſpirant. Quicquit ſit, ſufficit addidiſſe libro Tuo Tabacum apud quoſdam Onoſma Æginetæ vocari: rationes ipſorum addere aut inquirere non eſt neceſſe; nec opus plura verba facere de re incertâ. Nicotianæ nomen eße Tabac *aut* Toback *nec adferendum puto, nec negandum. Univerſale eſſe toti Indiæ Occidentali vix poteſt, quum tot in eâ ſint idiomata. Credo quibuſdam Inſularum Occidentalium locis* Petun *vocari, quod vocabulum apud Gallos hodie adhuc frequenti eſt in uſu: Fieri autem poteſt in Inſula quæ Tabaſco, Tavaſco aut Tabacco dicitur, hanc herbam* Petun, Picielt, *aut* Perebecenuc *vocari: in alijs autem regionibus, quæ è Tabacco Inſula hanc ipſam petunt, ab Inſulæ nomine appellari* Tabacum: *quo modo* Malvaſia *Inſulæ & vini nomen eſt apud Italos; cujus rei plura paſſim exemplares varias locorum adſumere nomenclaturam. Sed hæ ſunt conjecturæ duntaxat; nec ijs ſolidè aut pertinaciter ſtandum: Hoc ſolùm adſtruo, poſtquam hiſce & alijs regionibus* Tabaci *nomen aut* Tobaci *invaluit, non temere ab eo recedendum; multo minus* Blennochoidis *nomen, aut ei ſimile vocabulum aliquod recipiendum; cujuſmodi plurima doctiſſimus Renealmus, licet proprie, ingenioſe & appoſite, fingit: nam olim mecum Cl. Cluſio, & alijs, non neceßaria viſa fuit illa nova nominum impoſitio: deplorandum enim nobis magis, memoriam noſtram non ſufficere jam vulgatis nominibus addiſcendis, & firmiter tenendis*

quam

quam ſatagendum, ut herbas identidem babtizemus, & pro novis animadverſis viribus novo titulo condecoremus: cùm enim ſummus Deus entium ſummam copiam creárit, nos nomina multiplicare minime opus eſſe judicamus. Vale, & ſalve, ocelle juvenum, &c. à Tuo.

Iuſto Raphelengio. M.

Omni virtutum genere Ornatiſſimo Viro,

D. IOHANNI NEANDRO,

Bremano, Philoſopho, & Medico egregio, Salutem.

LItteras tuas, vir eximie, recepi, quibus rogas, & ex me quæris, ut, an, & quomodo Tabaci fumus ad ipſam cerebri ſubſtantiam pervenire, itemque nimio hujus ſuffumigij uſu cruſta quædam nigra in capite generari queat, & ad alia nonnulla quæſita tibi reſcriberem: ad quæ hæc, quæ ſequuntur, reſpondeo. Foliorum Tabaci ſiccatorum accenſorumque fumum ore, aut naribus hauſtum exceptumque non tantum ad utrumque cerebri omentum, ſeu utramque cerebri menyngem quantaquanta eſt quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

quovorſum, verumetiam intra totam illam inſignem ſibique continuatam cavitatem cerebri ſubſtantiæ intus inſculptam, atque exactioris doctrinæ gratia ab Anatomicis in quatuor ventriculos diviſam, quinetiam in ipſum cerebri corpus atque ſubſtantiam univerſam, id eſt in poros meatuſque ejus inſenſiles, penetrare affirmo. Affirmationis meæ veritatem atque neceſſitatem ſequentibus argumentis conficio, atque demonſtro. Eorum primum eſt viarum, per quas ex oris, & narium capacitate in prædicta loca motu locali tranferatur, obvia præſentia, numeroſitas, commoditas, proclivitas atque facilitas: quas vias ſigillatim ordine recenſebo. Inter has primo loco occurrunt ampla, patentiſſima, ac ſemper hiantia illa duo oblonga faucibus ſeu ori interiori, & naribus communia, oſſiculo quodam tenero ac fragili, quod interſtitij nomine diligentiores Anatomici deſcripſerunt, à ſe invicem diſſepta, per quæ fumus Tabaci tum ex ore ad oſſis ſphenoidis ſeu cuneiformis baſin, & in nares, tum viciſſim contra è naribus ad prædicti oſsis baſin, & in os transfluere nullo negotio poteſt. Hæc foramina in quolibet capite ad anatomen adhibito diſſertis palati, ſuperioris maxillæ, ac narium oſsiculis ita manifeſte in ſenſus incurrunt, imo & ijſdem non diſſectis per filum æneum, aut ferreum incurvatum, & modo per nares in oris capacitatem, modo vero contra per os in nares uſque, ſine ullo obſtaculo du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ctum atque trajectum ita liquido explorantur, ac depræhenduntur, ut nullus reſtet de ijs dubitandi locus. Quamobrem ad reliquas vias progredior, ducto ab ijs, quæ ex ore ad cerebrum, ejuſque membranas tendunt, exordio. Igitur fumus ex fumante Tabaci fiſtula ore exſuctus, ut veluti gradatim ad prædictas partes aſcendat, principio ad Oſsis Cuneiformis baſin jam citatam pervadit, partim per prædicta illa duo, ut jam monui, patentiſsima foramina, partim per oſſiculorum palati ſuturas, & innumera exiliaque, ad ſenſum tamen manifeſtiſsime conſpicua, foraminula, quæ ſingula inveſtiuntur tenuiſsima originem à craſſiore illa, quæ palatum inveſtit, ſimiliterque veluti perforata eſt, trahente membranula. Non eſt profecto cœlum ſeu octava cœli ſphæra denſius ſtellis fixis obſita, quam oſſa palati ejuſmodi exiguis, rotundis, ſparſis, ac veluti conſtellantibus foraminulis ſunt pertuſa, atque inſignita; à qua potiſsimum horum foraminulorum cum ſyderibus cœleſtibus ſimilitudine Palatum Latinis Oris cœlum, Græcis οὐρανός appellatur. Per hæc foraminula, per quæ pituitam cerebri ab oſſe cuneiformi in palatum ſuperne delabentem quotidie, præſertim lingua palatum ſugentes, in os permeare ſentimus, etiam fumus Tabaci ex ore penetrat, & ad os cuneiforme aſcendit. Interim etiam minime ſilentio prætereundum eſſe cenſeo inſigne illud atque ſatis amplum rotundumque foramen palato in ante-

riori parte juxta dentes inciſorios plerumque exciſum, per quod, ut linguæ extremitate palatum ſugentibus nobis dictum ac factum pituita prolicitur, ita quoque contrario ductu fumus Tabaci ad idem os cuneiforme prædictum effertur atque attollitur. Quo ſimulac ventum eſt, non hic ſiſtitur fumus, ſed ſtatim alias in promptu reperit vias, per quas & ad duram cerebri menyngem, & ad glandulam pituitariam accedat. Nam, ut alias brevitatis cauſa vias omittam, primum cranij os illud cuneiforme decem potiſſimum manifeſtis, ac notabilis magnitudinis foraminibus eſt pertuſum, per quæ etiam pituitoſum cerebri excrementum e glandula pituitaria derivatur, quorum quatuor ad minimum in oculorum orbitas, reliqua pars præcipue in fauces, & palato, ac naribus communem amplitudinem ſpectat, è qua duo ſunt ſatis ampla, quæ (niſi quod etiam inſigniores carotidum arteriarum ramos intra cranium intromittant) pituitæ è glandula pituitaria derivatæ in ſubjectum palatum, fauces, ac nares defluxui ex profeſſo potiſſimum ſunt deſtinata. In foramina ſex palatum, ac fauces reſpicientia ſtatim proxime & immediate, in quatuor vero reliqua oculi utriuſque orbitam ſpectantia non niſi alijs quatuor inſignibus foraminibus ab utraq; orbita in palatum pertingentibus, ipſaque orbita utraque mediantibus penetrat. Vt primum vero per hæc decem oſſis ſphenoidis foramina cranij concavitatem ingreſſus eſt, non tantum

ad ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

ad extimam duræ matris cerebri ſuperficiem appellit, & quoquoverſum medio inter eandem ſuperficiem, & cranij oſſa ſpacio deerrans ſurſum ad bregma uſque pevolat atque attollitur, verumetiam glandulam pituitariam attingens, per ejuſdem poros, meatus, ac raram ſpongioſitatem, per quam illa indeſinenter pituitam ſuam eructat, inſenſibilem ejus cavitatem, hincque per infundibuli manifeſtiſſimam fiſtuloſitatem in cerebri ventriculos ſe inſinuat, è quibus deinde mediantibus poris quoquoverſum in univerſam cerebri molem ad extimam uſque ſuperficiem, & tenuem menyngem ejus penetrat atque effertur. Nec deſunt haud infimi nominis Anatomici, qui aſſeverare audent, mediam oſſis ſphenoidis partem, quæ ſellam equinam glandulæ pituitariæ ſedem efformat, aliquando ſaltem non intus modo cavernoſam aut foraminulentam, ſed extus quoque utraque ſuperficie tam ſuperiore, quam inferiore crebris foraminulis, cribri inſtar, eſſe pertuſam, per quæ etiam foraminula, & deinde per ſuturas, quibus narium interſtitio vicinis oſſibus committitur, pituitoſum excrementum ex glandulæ pituitariæ baſi in ſubjectum palatum ſenſim ac pedetentim tranſcoletur atque deſtillet; hique, quocumque tandem jure ac merito, munire ſe nituntur etiam authoritate Galeni lib. 9. de uſu part. cap. 3. Id in quotcunque ſubjectis verum eſt, in totidem etiam proculdubio vice verſa per eaſdem

Hanc ſenſibilem & manifeſtam glã-dulæ pituitariæ cavitatem etiam agnovit Galenus lib. 9. de uſu part. cap. 3. pauxillum ab initio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

dem ſuturas, & foraminula fumus Tabaci è palato ad glandulæ prædictæ baſin ipſam uſque penetraverit. Nunc ad vias, per quas è naribus interioribus ad cerebrum, ejuſque ventriculos, & membranas iter eſt, me accingo: inter quas primo loco occurrunt numeroſa illa oſſis ethmoidis ſive cribriformis exigua foramina, quæ omnia & ſingula tenuiſſimis productionibus partim piæ matris, quæ papillares cerebri proceſſus ſuperne oſſiculo prædicto ad latera criſtæ galli incumbentes cingit, partim duræ matris ſuperiorem oſſiculi ſuperficiem tegentis involvuntur; quæ productiones deinde cum membrana nares interius ſuccingente continuantur, unde mirus ille narium interiorum cum cerebri membranis, ipſoque cerebro, conſenſus. ex quo etiam titillatis, aut acrimonia laceſsitis naribus ſtatim ſternutare cogimur. Per hæc oſsis jam dicti foramina, ſive per has fiſtuloſas membraneas productiones ceu canaliculos quoſdam ut neceſsitatis tempore pituitæ, ſpiritui, ac fuliginibus egreſſus, & omni tempore aeri, atque odoribus ingreſſus; ſic quoque fumo Tabaci e naribus ad papillares proceſſus datur aditus; per quos deinde mediantibus certis ipſorum meatibus, qui etiam prædictis materiebus ingreſſum, egreſſumve exhibent, in nervorum odoratoriorum manifeſtam penetrat fiſtuloſitatem, (Sunt enim nervi odoratorij revera intus concavi, & fiſtuloſi, adeo quidem inſigniter, & manifeſte, ut vel ſtylus medio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

cris in canalem ipſorum inſeri poſsit, (ut non ſemel hiſce oculis vidi, & hiſce manibus periculum feci) per eamque liberrimo impetu in cerebri ventriculos omnes, atque ex his per univerſam cerebri ſubſtantiam ad circumferentiam uſque, & ad tenuem ejus menyngem pervadit. Atque hoc primum eſt argumentum à vijs petitum: ſecundum argumentum ſuppeditabunt principia & cauſæ, quæ hunc fumi ex ore, & naribus in ſuperiores partes prædictas motum efficiunt. Inter has cauſas primum ſibi locum vendicat cerebri propria reſpiratio, & aſſiduus ac indeſinens ille reciprocus ſyſtoles ac diaſtoles motus, quo univerſa cerebri moles viciſſim modo ſe attolit, ac dilatat, modo deprimit, atque conſtringit; atque in diaſtole quidem ſpiritum vitalem è carotidibus arterijs plexum choroidem conſtituentibus, aërem vero ambientem cum odoribus, ac proinde etiam neceſſario una fumum Tabaci è naribus per os ethmoides, papillares proceſſus, ac nervos odoratorios, forte etiam quodammodo è palato per oſſis cuneiformis foramina jam enarrata, glandulam pituitariam, & infundibulum, in ſe attrahit & allicit: in ſyſtole vero tum ſpiritum animalem, in ſpinalem medullam & nervos diſtribuit, tum fuligines atque excrementa cerebri, unaque etiam fumum Tabaci per palatum, nares, alioſque meatus excludit. Secundo loco eſt capitis, & cerebri ipſius ſitus, atque conformatio: Eſt enim non tantum in faſtigio, quo

omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

omnes ſumi, atque vapores naturaliter recta aſcendunt & evolant, perpendiculariter reliquo corpori veluti operculum ſuperne impoſitum; ſed etiam figura ventricoſa, rotunda, intus cava, inferne tantum perforata, reliquis partibus undique cœca, ac plane cucurbitulari, præditum, cujus beneficio inſtar cucurbitulæ medicæ flamma calfactæ ut fumos, & vapores ex univerſi corporis partibus inferioribus, etiam remotiſſimis, ſic quoque facillime fumum Tabaci è locis viciniſsimis in ſe rapit, attrahit, atque recondit. Tertio accedit natura, motus, atque ſubſtantia ipſius fumi prædicti, qui propria ſua indole leviſsimus, inſita vi perpendiculariter ſurſum in cerebrum aſcendit; & acrimonia, vi aperiendi, ac penetrandi, & ſubſtantiæ λεπτομέρεια, ſeu tenuitate partium præditus, facillime quâ datâ viâ etiam per anguſtiſsimos quoſq; meatus in cerebrum, ejuſque omenta pervadit. Habes argumenta, quibus fumum Tabaci ad membranas cerebri, & in ipſum cerebrum univerſum penetrare, demonſtratum exiſtimo: Ex quibus etiam modus, quo eouſque perveniat, ita manifeſte ac clare perſpicitur, ut nihil de eo ſuperaddendum operæ precium exiſtimem. Quod vero rumorem eſſe narras, teſtari Anatomicos, nigram ex concretis ſordibus cruſtam non ſemel repertam fuiſſe in mortuis, qui dum viverent nimio Tabaci ſuffumigio gaviſi fuerant, deque ea re quid ſentiam poſtulas; reſpondeo quod neque teme-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

re huic famæ aſſentiri, neque pertinaciter contradicere auſim, utpote cujus veritas experientia, & ſenſuum fide potius, quam ratione exploretur. Hoc affirmare auſim, quominus aliquando id fiat nullam eſſe rationem quæ reclamet. Triplici enim ratione, & cauſa poſſibile eſſe judico, ut aſſiduo in uſu hujus ſuffumigij verſantibus cruſta aliqua nigra præter naturam in capite generetur. Primum enim ſi in aliqua è partibus capitis ijs, ad quas fumum Tabaci pervenire poſſe oſtendimus, magna copia cacochymiæ pituitoſæ, craſſæ, lentæ, ac viſcidæ colligatur, ac diutina mora, vique medicamenti tenuioribus eius portionibus exhauſtis ac diſſipatis craſſiores ſuo lentore ac tenacitate parti velut adglutinatæ retineantur, quid mirum ſi paulatim in cruſtam quandam excoquantur atque indureſcant? Et quod ſi interea temporis dum hoc fit homo ille inde deſinenter, & immodice Tabaci utatur ſuffumigio, quod aſſiduo ad naſcentem illam cruſtam appellat; quid mirum ab atro illo, atque uliginoſo fumo concreſcentem illam cruſtam ſimili colore atro tingi atque infici? Teſtari poſſum, me in diſſecto capite, medio inter duram menyngem, & totam cranij baſin ſpatio, duram ejuſmodi, concretam, & ſiccam cruſtam, cranij oſſibus tenaciter adhæreſcentem, albam tamen, deprehendiſſe: ac talem ſæpius noſtro ſæculo in inſigniter lue venerea laborantibus ex virulenta materia huc protruſa in eodem loco concreſcere ex-

re experientia habeo compertiſſimum: quod ſi prædictus homo, aut alius quilibet ita affectus interea temporis materiam hanc Tabaco frequentiſſime, & immodice ſuffumigaſſet, quid, quæſo, facilius materia eadem quam atrorem ſeu nigredinem fumi ejus contrahere potuiſſet? Secundum, ut ut fumus Tabaci qualitate ſiccus ſit, quia tamen ſubſtantiæ ac conſiſtentiæ unctuoſum, pinguem, lentum, ac facile concreſcentem humorem in ſe obtinet, fieri poſſe exiſtimo, ut ex eo denſe, ac crebro ſurſum aſcendente temporis diuturnitate à cerebri, & reliquarum partium frigore, ſeu remiſſo calore materia quædam atra, pinguis, & ulginoſa concreſcat, & ſuo lentore partibus adhæreſcat, quæ deinde indeſinente fumi ejuſdem appulſu, & appoſitione accrementum accipiens, tractu temporis obdureſcat, atque cruſtoſum veluti corpus conſtituat. Idem enim etiam ex ignis accenſi fumo quotidie in focis & fumarijs noſtris accidere videmus; atq; interdum haud ita multo aliter rem ſe habere merito quis exiſtimet in ijs, quibus hypochondriacæ melancholiæ gravi ac diuturnæ, melancholia primaria ac partinax ſuccedit. Tertium impoſſibile non eſſe exiſtimo, ut a fumi hujus acrimonia, & ſiccandi vi cerebri, aut capitis pars aliqua, in quam præcipue ſalvis adhuc viribus penetrat, atque incurſionem facit, ita exſiccetur, arida fiat, tabeſcat, corrugetur, atque indureſcat, ut exterior ejus ſuperficies reſpectu reliquæ ſubſtantiæ cruſtoſa veluti appa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

reat. Ita enim in quodam, qui vivus neminem ſibi in Tabaci uſu parem exſtare haud, ut ſocij atteſtabantur, immeritò gloriatus fuerat, poſt ſupplicium diſſecto papillares cerebri proceſſus cum nervorum odoratoriorum extremitate prorſus defuiſſe, ita ut ne veſtigium quidem eorum reliquum eſſet, hiſce oculis unà cum multis meorum æqualium conſpeximus. Cauſa hujus defectus a ſpectantium doctioribus in vim fumi Tabacini omnia ſiccandi, exhauriendi, arefaciendi, extenuandi, corrugandi, ac proinde marcore quodam conſumendi conferebatur. Sic etiam verè, extremè, & deploratiſsime hæcticorum cutis, ſi cum ſani ac ſucco pleni hominis cute comparetur, cruſtæ potius univerſo corpori inductæ quàm genuinæ cutis ſpeciem præ ſe ferre videbitur: Et in ardentiſsimis ſebribus membrana linguam exterius involvens interdum ita ſicca, arida, ſcabra, rugoſa, ac dura perſentitur, ut cruſta potius linguæ inducta, quam vera membrana eſſe appareat: Et quia ipſe fumus Tabaci inſigniter nigricat, eundem ſuo indeſinenter recenti contactu atque contagione prædictam cerebri, aut capitis particulam inficere ac denigrare poſſe, docet, ut alia omittam, eadem febribus ardentiſſimis laborantium lingua, quam ſæpe a fumis, & vaporibus febrilibus, exuſtis, fæculentis, & nigricantibus e corpore inferiore in eam exhalantibus inſigniter nigreſcere conſpicimus. Quod præterea ex Te audio, eodem apud vulgum rumore circumferri,

fumo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

fumo Tabaci vim exſiccandi nullam, aut exiguam, inesſe, & eundem in cerebro in meram aquam, unde erat, concreſcere, atque reverti: ac quemcunque humorem Tabaci ſuffumigio utentibus ſtatim per os, & & nares, defluere, atque expurgari videmus, cum ex ipſo fumo ſolo condenſato materiam & originem ſuam habere; præterea eundem fumum veram malignitatem ac veneno ſitatem, frequenter mortiferam, obtinere, adeo ut & virus, & peſtis, & tartarei fumi nomen audiat; hæc omnia mihi quidem non ſatis arrident; nam fumum Tabaci per ſe humectare, aut mere aqueam qualitatem obtinere, ipſo ſenſu & experientiâ abundè refellitur; pugnatque cum eodem rumore ex diametro, quem eidem fumo aduſtam, & foedam acrimoniam, itemque unctuoſitatem quandam, & pinguedinem attribuere mihi narras. Cerebrum metropolim, & fontem eſſe ejuſmodi pituitoſorum aquoſorumque humorum, quales Tabaci fumo utentibus excernuntur, pluſquam notiſſimum eſt. Iam verò ſi fumus ipſe, & ſolus, materia eſt eorum humorum, qui per palatum, & nares defluunt, cur, quæſo, ijdem humores non perinde ut fumus ipſe nigricant? cur eâdem acrimoniâ, cæteriſque qualitatibus ijſdem non excellunt? cur ſubſtantiæ unctuoſitatem, & pinguedinem, quæ aliquando igne accendi poſſit, non obtinent? Cur excernuntur copiâ ſeu quantitate ita enormiter majori, quam eſt ipſa quantitas ſeu copia earum

Tabaci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Tabaci partium, quæçumque in fumum, qui hauritur, reſolvuntur? Ineſſe fateor Tabaci fumo vim quandam multis adverſam, à qua natura recte inſtituta, beneque temperata merito abhorret: ſed eandem vere malignam, venenatam, ac deleteriam non eſſe tot millia hominum tamque ſæpe, ac diu Tabaci fumo ſine ullo veneni ſigno aut ſymptomate utentes pleno ore clamabunt. Hæc paucula, rudia, informia, Vir Ornatiſme, nilotico calamo feſtinanter ad Te ſcribere per otium licuit; quæ tu polito, ſagaci, ac limatiſſimo judicio Tuo dijudices, altius perpendas, atque expolias; & ſi in illis mica ſalis, fruere, & Vale.

T. V. ad prompta ſervitia paratiſs.

HADRIANVS FALCKENBVRGIVS
Med.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

DE TABACI DELECTV, CORRECTIONE, AC SOPHISTICATIONE.

QVod commune eſt omnibus medicamentis, ut alijs locis, alijſve temporibus, maiore minoreve ſolertia collecta, recondita, cuſtodita, præparata præſtantiora aut viliora habeantur, idem & Nicotianæ contingere ſciendum eſt. Sed cum de loco ac tempore, quantum ad ipſius herbæ culturam collectionemque attinere putabamus; diligentius etiam de præparatione ipſa, utpote in qua cardo rei verſatur, ſuo loco à nobis actum ſit, ſupereſſe videtur illud ſolummodo, ut ex quibus regionibus ad nos potiſſimum tranſvehatur Nicotiana ſuperioribus addamus; quo Tabaci delectus aliquis etiam ſecundum regiones ipſas haberi poſſit. Quare cum non omnis ferat omnia tellus, cum hic ſegetes, illic veniant felicius uvæ, ut ille ait, alijs item locis rectius præparari ſoleant medicamenta, vel minus ſophiſticari ac vitiari mercatorum perfidia, quis dubitet in ipſo etiam Tabaco multos ineſſe bonitatis, ut ſic dixerim, gradus? Adfertur ad nos ex vtraque India, tum Orientali, tum Occidentali, ex Inſulis & continenti, ex Hiſpania ſimiliter, quin & noſtris in regionibus provenit; tranſvehitur hinc tum in alias Orbis regiones, tum potiſſimum Conſtantinopolim, atque in diuerſos Turcici Imperij tractus. Indicem ſuo loco deſcripſimus multarum, ac fere omnium Tabaci differentiarum apud Mercatores. De quibus tantum mihi non ſumam, ut pronunciare auſim, quodnam primo, ſecundo, tertiove gradu collocandum ſit. Sufficiat alijs viam aperijſſe, ſi qui forte curioſius in eam rem voluerint incumbere. Hoc tantum addam, Virginienſis Tabaci genus illud optimum iudicari, quod corrupto vocabulo noſtrates Virinum ſeu Varinium, appellant, erſi errore nominis inducantur ut exiſtiment Virinum aliud *Varijns.*

 eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

eſſe à Virginienſi vel nobiliorem ſaltem eius ſpeciem, cum re
ipſa idem ſit Virinum ac Virginienſe, neque ab eo differat niſi
ſola nominis ab Anglis opinor derivata corruptione. Licet au-
tem & artis beneficio Nicotianam emendare. Solent nonnulli
piper, aliaque calida evanido addere Tabaco, quo fiat acrius;
ſed hæc partim inſulſa & ruſtica videtur præparatio partim e-
iuſmodi ut per eam tantum facultatibus ipſius genuinis dece-
dat, quantum accedit acrimoniæ. Omitto & alias eius farinæ
præparationes: unam ſubnectam faciamque publici iuris quæ
mihi non exigua conſtitit moleſtia, ut eius compes fierem.

℞. Muriæ limonum
Aceti vini an. ℔ j ſ.
Syrupi convenient. ℔. ſ.
Folior. Tabac. diſſolut. ℥ iij.
coquantur ad dimidias.

in colaturam calentem, atque etiamnum fervori proximam
Tabacum immittatur, & mox conglomeretur. Iuſculi huius ea
vis eſt, ut non modo optimæ notæ Tabacum nulla ratione vi-
tiet, ſed & illud ipſum adverſus ſitum, aliaſque temporis rerum
edacis iniurias præſeruet. Fit hac præparatione, ut per integros
annos incorruptum ſervetur: ſed & eadem evanida Nicotianæ
vis quaſi revocatur, renovaturque, & reſtituitur in priſtinum
Naturæ ſuæ ſtatum: adeo quidem ut ſi eo uſque proceſſerit Ta-
baci corruptio vt incendium continere recuſet, quod fit cum ex-
treme vitiatum fuerit hoc artificio emendari poſſit, & Capno-
philis non exigua fieri fraus. Sed ne ad fucum faciendum, ac
perfidiam caupones invitare alicui videar, non hercle hoc arti-
ficium, niſi in aurem, & Græce tibi dixero. Πρὸς τὴν προειρημένην
δεκόκτην ἐπίθες εὐφορβ. δραχμὰς β. καὶ εἰς αὐτὴν τοῦ Ταβακοῦ πρὸς τοῦ
πέψιν ἔμβαλλε. Hæc tibi ſerva: in his quæ ſequuntur elegantiæ
quidem & venuſtatis meo iudicio aliquid ineſt, periculi au-
tem nihil ſi publicentur. Quæ quoniam verbis uti par eſt de-
ſcribi vix poſſunt, curioſo Lectori ſatisfacere voluimus tribus
hiſce tabellis, in quibus omnia ad vivum exprimuntur.

NOTÆ AD PRIMAM TABELLAM.

EXhibet tibi, Candide Lector, hæc tabella formas tubulorum aliquot, quales apud Indos creberrimi ſunt uſus: etſi non diffitemur in tantis regionum Indicarum ſpatijs, tot locorum, civitatum, capitum ac proinde & ſententiarum diſſidijs magnam ſane varietatem hic illic obſervari: & ab his ipſis multum differre alios, potiſſimum ijs locis quibus luxus deliciæque & divitiæ Perſicarum nationum propinquiores contagio ſui morum ſimplicitatem vitiarunt. Sed de his poſtmodum dixero. nunc quod præ manibus eſt aggrediar, & quid ſibi velint tres illi totidem diſtincti literis tubi, breui annotatiuncula declarabo.

A. *Primus ergo ea eſt longitudine ac propemodum forma, quæ & apud nos paſſim uſurpatur, materia tamen multum à noſtratibus diuerſa. Ex lapide quippe, cui color viridis, ex quo & pocula, alia diuerſi generis vaſa ſabrefaciunt, ea de cauſa quod vim ei tribuant venenis reſiſtendi. Porro partis eius anterioris dimidium ex rubro conflatum eſt ære.*

B. *Secundus quem exhibet litera* B. *multo quidem maior, longitudine æquat brachium virile: lignea ei materies artificio tornatili dedolata; cuius in extremo apice Æthiopis reſidet effigiata ſculptura. Ipſa theca ne videlicet accenſo Tabaco lædatur, intrinſecus oblita atque incruſtata, neſcio quo genere plumbaginis. Sed & extrinſecus tum ad ignis vim*


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

nonnihil, opinor, retundendam, tum ad tubi ipſius conſervationem ſinuoſus ille flexus, qui thecam mox excipit, redimiculo plumbeo ceu cathena torquatus.

C. *Tertius ſimiliter ex ligno compactus, ſimiliterque theca intus adverſus incendium præmunita, ſed hoc maxime intercedit diſcriminis, quod ſuperior uno, eoque continuo ligno conſtabat: hic autem ex duobus invicem coniunctis, commiſſura iuxta ipſam thecam redimiculo ex lamina æris rubri contecta. Thecam vero ipſam conſcendit feréque amplectitur caniculus, cui & torques itidem ex ære. Cæterum longitudo huius ſecundum etiam ſuperabat.*

NOTÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11


A
B
C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

NOTÆ AD SECVNDAM TABELLAM.

IAm vero tuborum Perſicorum effigiem, atque utendi modum verbo uno atque altero explicemus. Perſarum enim fere propria eſt, & nobilibus plebeiſque uſitatiſſima hæc Nicotianæ ſugendæ ratio. Tubos ditiores ex auro vel argento, pauperiores è ſtanno ſibi concinnant. Sunt autem gemini ſemper, eaque forma coniuncti, quam in tabella expreſſam vides: quibus ſic utuntur, ut ijs in lagenam demiſſis aqua ſemiplenam refrigeratum Tabaci fumum ore trahant omni prorſus acrimonia retuſa. Lagenam igitur accipiunt vitream, quæ contineat verbi gratia libras tres liquoris: ei infundunt aquæ claræ & puræ circiter libram unam, vel paulo amplius, quo ſpatij aliquid relinquatur ad fumum Tabaci recipiendum & ſtabulandum; immiſſo per orificium utroque tubo: uno videlicet Tabacum continente, altero per quem fumus eiuſdem alliciatur; quorum illius extremitas tantum à fundo ipſius vaſis diſtat, quantum huius aquam ipſam ſupereminet: ſupereminet autem latitudine unius quaſi pollicis. Quæ ut clariora fiant, non inutile fuerit ſingula accuratius delineare, atque ob oculos Lectori proponere.

A. *Hæc theca eſt ac tubus, quem vides ad fundum fere uſque pertingere, quo per aquam tranſeat, corrigaturque fumi Tabacini acrimonia, priuſquam uſibus cedat humanis.*

B. *Tubus alter eſt ori inſerendus, per quem fumum adducas priori contiguus ac inſeparabilis, tantoque brevior,*

quanto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

quanto par eſt, ut aquam ad dicti pollicis latitudinem ſuper-emineat.

C. *Patella eſt orbicularis palmæ unius magnitudine, ad excipiendos è theca ſi qui forte prolabantur ab accenſo Tabaco carbunculos, & ſcintillas.*

D. *Cochlea in orificium lagenæ ſtriatim inſerenda. Eam vero oportet fortiter adigi introrſum, quo & omnis aëri introitus præcludatur, & omnis prohibeatur incluſi fumi evaporatio.*


E. *Operculum cochleatim dedolatum, quod è ſtanno conſtare ſolet.*

F. *Hic apparet quo modo à ſugentibus fumus Tabacinus per aquam alliciatur: Deorſum videlicet violento motu agitur, atque è fundo vaſis per bullas erumpit fuga vacui, ut Philoſophi loquuntur. Nec enim natura ullum ſuſtinet vacuum in hoc mundi theatro conſiſtere.*

G. *Hoc ſpatium eſt, quo fumus colligitur; unde & per tubum hauritur præparatus & edulcoratus aquæ beneficio.*

NOTÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11


A
C
B
D
E
G
A B

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

NOTÆ AD TERTIAM TABELLAM.

EAdem eſt horum inſtrumentorum utendi ratio, quæ ſuperiorum; forma tamen diverſa, pauloque commodior. Tubus ille, quo fumus hauritur aliquanto longior, eo fine ut ſcilicet per hanc orificij ſui ab igne diſtantiam ſugentem calore minus afficiat. Interea non negaverim tractu ipſo, & mora diuturniore ipſam quoque acrimoniam quadamtenus retundi. Sunt & alia quædam ſtructuræ huius arcana, quæ ſubiectis literis declarantur.

A. *In hanc ſpatij cavitatem confertim ingeruntur Tabaci exſiccata folia.*

B. *Pars hæc inferior in thecan ſubiecti tubi inſerenda eſt, eique ad medij protuberantis redimiculum fortiter coaptanda.*

C. *Hæc illa theca eſt, ac pars ſuperior tubi, in cuius cavitatem ſummam ſic inſerenda eſt vaſculi Tabacum continentis perforata portio, ut latera tamen & continentia & contenta exiguo interſtitio ſeparentur.*

D. *Porro & tubus ipſe, & ſubiecta vaſculo patella, & lagenæ operculum, quod litera* D. *inſignitum eſt, eidem lagenæ ſtriatim copulantur.*

E. *Denique etiam in hoc inſtrumentorum genere cochleam quæ orificum lagenæ ambit ex ſtanno conficiunt.*


Ingenioſus & ille modus eſt, quo piſcatores circa Bantamam & Jacatram utuntur. Hi quoties navigationi ſeſe accingunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

cingunt, quod ignem navigio circumferre inconſultum omnino videatur, hac ratione ſibi proſpiciunt. Arundinem accipiunt cavam, eamque craſſiſſimam, in quam adductum Tabaci fumum halitu immittunt, atque è veſtigio, magna autem ſolertia, dictam arundinem ſic obturant, ut ne minimum quidem fumi eius expirare valeat. Hinc aperto foramine, quoties & quantum libuerit accipiunt, labore piſcationis defatigati.

INDI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

INDICVLVS ERRATORVM.

QVod Typographorum incuria fieri per abſentiam ſolet, Mi Lector, heic etiam factum, mendæ ut plures incurrerent; quas dum gravioribus negotijs diſtringimur, promptum Nobis non fuit emendare: heic igitur eas duntaxat exhibemus, quæ, perfunctorie quaſi, paginas hinc inde verſantibus occurrerunt inſigniores. Ortographiæ ratio non ubique ea habita, quam ipſe in meo autographo uſurparam, dum typothetæ feſtinant nimis: quod lævius etſi videtur quam ut moneri debuerit, propter moroſitatem tamen aliquorum volui neſcius ne eſſes. Cætera, ſi quæ à Nobis minus obſervata, Tibi forſan occurrent, eas ad Tuam deferimus ſpongiam ſeu pumicem. Quis enim Lynceus adeo vel perſpicax eſt, cui interdum aliquid non effugiat? Tuæ ergo humanitatis erit, humanos iſtos, quos indice hoc collectim ſubiungimus, lapſus corrigere, ijſque comiter ignoſcere. Igitur ſic emenda.

In Præfat. ad Lectorum, lege Lectorem, ib. fol. 3. lin. 2. nevulo, lege nævulo, eodem fol. fac. 2. lin. 2. Vuguentoram, lege Vnguentorum. ib. pag. 3. fac. 2. lin. 3. pro exploſi, lege exploſa, & ibid. lin. 5. & 10 latin. lege Latin. ibid. in margin. Eraſmus in apoth. lege Eraſmus in apothegm. ex Macrobio. ib. pag. 5. lin. 17. pro injurias, lege injurius.

In Tabacolog. pag. 1. lin. 18. & pag. 3. lin. 9. pro Panacæa, lege Panacea. & ib. lin. 19. pro Petum lege Petun. pag. 18. lin. 3. teporum, lege teporem. pag. 19. lin. 1. ptæ. lege præ. pag. 20. lin. 13. pro oſtenta, lege oſtentum. pag. 23. lin. 3. pro incurretur, lege incurreretur. ib. lin. 17. pro lateribus, lege lateralibus. ib. lin. 8. pro gravi, lege pravi. pag. 34. lin. 8. pro Panacæa lege Panacea. pag. 35. lin. 3. & 4 pro liquoquorem, lege liquorem. pag. 40. lin. 22. pro aſſimiliari, lege adſimilari. pag. 44. lin. 18. pro ineundem, lege ineundum. pag. 47. lin. 21. pro philapne, lege philocapne. pag. 62. lin. 15. pro interim, lege interdum. pag. 71. lin. 3. & 4. pro hunc ſuffitum, lege huic ſubfitui. pag. 72. lin. 2. pro inſuetis, lege adſuetis. pag. 74. lin. 8. pro uſum lege uſu. pag. 86. lin. 7. pro ſucco, lege ſicco. pag. 88. lin. 15. pro imittatur, lege immittatur. pag. 101. lin. ult. pro Tithymale, lege Tithymalo. pag. 109. lin. 22. pro fuſum, lege tuſum. pag. 111. lin. 14. pro paroyſmus, lege paroxyſmus. ib. lin. ult. pro caballima, lege caballina. pag. 114. pro utredinem, lege putredinem. pag. 119. lin. 10. pro quadringenta, lege quadraginta. pag. 131. lin. 15. pro covendum, lege coquendum. pag. 142. lin. 11. pro aſſumptia, lege adſumpta. pag. 144. lin. 1. ℔ j. lege ℥ iiij. pag. 153. lin. 10. pro habitum, lege halitum. pag. 163. lin. 17.

lin. 17. pro pingredinis, lege pinguedinis. pag. 165. lin. 21. pro ℥iiij. lege ℥ij. & ibid. lin. 22. pro ℥ij, lege ℥j. pag. 168. lin. 20, pro Caplaſtama, lege Cataplaſma. pag. 212. lin. 19. pro experirem, lege experirer. pag. 213. lin. 4. pro robuctis, lege robuſtis. pag. 217. lin. 24. pro lævior, lege levior. pag. 219. lin. 18. pro queſtionem, lege quæſtionem. pag. 223. lin. 8. pro ſphlenitis, lege ſphleneticis.

Atque hæc fere ſunt errata &

maculæ, quas aut incuria fudit,

Hor. ep. 3. lib. 2. *Aut humana parum cavit natura.*

iterum have, & labore Noſtro fruere.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 11